



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1699**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64743](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64743)







N<sup>o</sup>

1

113

D. 4997.



Collegio S. I. paderb.







JUBILÆUM  
SÆCULARE  
ECCLESIAE  
CATHOLICÆ

PER SEPTENDECIM SÆCULA  
MILITANTIS & TRIUMPHANTIS

*Contra*

Idololatriam, tyrannos,  
hæreses, schismata, errores,  
& scandala

*Ex Annalibus Ecclesiasticis collectum*

PRO XENIO OBLATUM

ACADEMICÆ SODALITATI

DOMINORUM

B. MARIAE VIRGINIS  
ANNUNCIATÆ

Herbipoli, Anno

M. DC. IC.

*Coll. Soc.:*



*Paderb.*

*Cum Permissu*

*Superiorum.*

HERBIPOLI, Typis Martini Richter,  
Universitat. Typograph.





PARS PRIMA  
**ECCLÉSIA**  
NASCENS

ET  
**SANGUINE**  
**MARTYRUM,**

*Per*  
Quinque prima Sæcula  
CRESCENS.

*Hoc habet proprium Ecclesia, dum  
persequitur floret: dum opprimi-  
tur crescit: dum contemnitur  
proficit: dum leditur vincit:  
dum arguitur intelligit: tunc  
stat cum superari videtur. S. Hi-  
larius de SS. Trinitate.*





REVERENDISSIMO

ET

CELSISSIMO

PRINCIPI

AC

DOMINO, DOMINO

JOANNI

PHILIPPO,

Ecclesiæ Herbipolensis

EPISCOPO,

S.R.I. PRINCIPI,

ET

FRANCIÆ ORIENTALIS

DUCI,

Domino, Domino nostro

Clementissimo.





REVERENDISSIME

ET

CELSISSIME

PRINCEPS,

Domine, Domine

Clementissime.



*S*odalitas Ma-  
 riana impia esset in  
 Principem suum, si  
 Jubilaum istud, anni  
 hujus tenue Xenio-  
 lum, non in prima fronte libelli  
 CELSITUDINI VESTRÆ in-  
 scriberet, quæ toti Franconia uni-  
 versalis jubili gratissimam segetem  
 nuper suppeditavit. Fuit quidem  
 illa communis omnibus gratulandi,





& gestiendi aequissima causa, quod  
 exeunte hoc ferreo seculo **CAPUT**  
**AUREUM** superum incomparabili  
 dono acceperimus, cuius aspectu &  
 benignissimo influxu, omnia mem-  
 bra mirifico vigore & splendore ex-  
 hilarantur: Sodalibus autem Maria-  
 nis, omnia secunda & fausta omi-  
 nandi, & gratulandi speciale argu-  
 mentum videtur, quod cælum ite-  
 rum Principem dederit, cuius **COR**  
**SPIRITU PRINCIPALI DI-**  
**LATATUM**, veluti **ARAM DIVI-**  
**NI CULTUS, & MARIANÆ**  
**PIETATIS** suspicimus & venera-  
 mur. Quando enim nuper **CEL-**  
**SITUDO VESTRA** in curru  
 honoris, aurigante Virtute, & pe-  
 dissequis totius urbis ac patriæ amo-  
 ribus primùm ad Mariæburgensis  
 Arcis montem evehebatur, diximus  
 unanimes, aut, si voces ebullientes



ore compressimus, liberis tamen, &  
 celeriter praevalis affectibus locuti  
 sumus ad Custodes MONTIS MA-  
 RIANI, Attollite portas Maria-  
 nas Custodes! Elevamini portae  
 Castri Mariæburgici, quia introi-  
 bit PRINCEPS GLORIÆ:  
 reponentibus autem avido anhelitu,  
 quis iste PRINCEPS GLORIÆ?  
 per eosdem interpretes affectus re-  
 spondimus, DOMINUS VIR-  
 TUTUM JOANNES  
 PHILIPPUS ipse est  
 PRINCEPS GLORIÆ. Quae  
 enim gloria Principis potest esse au-  
 gustior quam ejus, qui DOMINUS &  
 verus possessor VIRTUTUM est,  
 & DEUM Regiminis sui collegam,  
 & MARIAM Emphyrei AUGU-  
 STAM Fascium suorum atque Du-  
 CATUS consortem elegit. Nunquam  
 CEL.



CELSITUDO VESTRA *oneri*  
gubernandi succumbet, *que in hisce*  
*geminis mundi fulcris recumbit. Nec*  
*poterit à recta agendi semita aberrare,*  
*qui ab his duobus mundi lumi-*  
*naribus, majore & minore IESU &*  
*MARIA, consilij & auxilij benigno*  
*influxu movetur & regitur. O Glo-*  
*riosa civitas HERBIPOLIS que*  
*non amplius EREBIPOLIS (uti*  
*quondam eras, in nocte idololatria,*  
*sub furiali Proserpina dominata,) sed*  
*à Piis Principibus moderata CIVITAS*  
*DEI & PARTHENOPOLIS*  
*MARIÆ facta es. Non possunt non*  
*dici gloriosa de te, & non omnia fau-*  
*sta tibi sub Piis Princeipibus prædici:*  
DICIMVS IN TERRIS: PAX!

PAX! *Jer. 6. v. 14.*

ET PAX ERIT NOBIS

SVB

IOANNE PHILIPPO.

\*\*\* IV.



☪ ( O ) ☪

IVSTITIA ET PAX OSCVLATÆ  
SVNT, *Psal. 84. v. 11.*

ET MANSVETVDINE PROTE-  
GETVR PAVPER.

✱ ✱ ✱

DEVS SATVRABIT NOS FRVGLI-  
BVS, AB VBERTATE TERRÆ,  
ET REDVNDABVNT TORCV-  
LARIA NOSTRA VINO.

*Joël. c. 2. v. 24.*

*Hac & omnia pariter promittimus  
nobis eventura auspice cælo, à quo  
datus est nobis PRINCEPS SE-  
CUNDUM COR DEI. Ille pro-  
inde, in cujus manu CELSITU-  
DINIS VESTRÆ sortes fue-  
runt, ex infinitis thesauris suis ad-  
dat annos pacificos, longævitatē,  
& felicitatem.*

*ita precatur*

CELSITUDINI VESTRÆ

*Devota & obligata*

SODALITAS MARIANA.



*Admodum Reverendo,*

*Nobili Magnifico Domino,*

**D. JOANNI  
SEBASTIANO  
MARGRAFF,**

*Dicto*

**MARSCHALL,**

*Ecclesiæ Collegiæ in Haugis*

**DECANO,**

*Reverendissimi & Celsissimi*

**PRINCIPIS Nostri in**

*Spiritualibus*

**CONSILIARIO,**

*Vicariatûs & Consistorij*

**ASSESSORI.**

*Sodalitatis Majoris*

*Academica*

**PRÆFECTO.**

\* \* \*



❧ ❧ ❧

Admodum Reverendis,  
Perillustribus, Prænobili-  
bus, Magnificis, Eximiis, Con-  
sultissimis, Experientissimis,  
Prudentissimis

MAGISTRATIBUS  
SODALITATIS.

\* \*

D. Joanni Wiefner, Eccl. Colle-  
giatæ in Haugis Canonico Ca-  
pitulari, Vicariatûs & Consi-  
storii Assessori.

D. Joanni Andreæ Göppel, Con-  
siliî Aulic. Secretario.

DD. ASSISTENTIBUS.

\* \*

D. Philippo Ludovico à Rosenbach,  
Imper. Ecclesiæ Bambergensis,  
& Cathedralis Herbipolensis Ca-  
nonico Capitulari, & respectivè  
Cellario.

D. Fran-



D. Francisco Petro L. Baroni à Siclein-  
gen, Imperialis Ecclesiæ Bam-  
bergensis & Cathedralis Herbipol.  
Canonico Capitulari.

D. Ernesto Hirschman, SS. Theolog:  
Doct. Ecclesiæ Colleg. in Haugis  
Canonico Capitulari & Scholasti-  
co, Reverendissimi & Celsiss. Prin-  
cip. nostri in spiritual. Consil. &  
Fiscali.

D. Adamo Salentino Bartholomæi,  
SS. Theol. Doct. Protonot. Apost.  
Novi Monasterii Canonico Capit.  
& Custodi, Reverendissimi & Cel-  
siss. Principis nostri in spirituali-  
bus Consiliario.

D. Tobia Reibelt, J. U. Doct. Reve-  
rendissimi & Celsiss. Principis no-  
stri Consiliario.

D. Joanni Wilhelmo Stadler, J. U.  
Doct. Reverendissimi & Celsiss.  
Princip. nostri Consil. & Præposi-  
turæ Haugensis Consulenti.

D. Ignatio Francisco Schild J. U. Doct.  
Reverendiss. & Celsiss. Princ. no-  
stri Consiliario.

D. Jo-





- D. Joanni Gernert, SS. Theologiae  
Doct. Novi Monasterii Canon. &  
Summi Templi Parocho.
- D. Melchiori Gernert, Canonico Ca-  
pitulari in Haugis.
- D. Octaviano Ignatio Weickert, Novi  
Monasterii Canonico Capitulari.
- D. Joanni Adamo Wachter, J. U.  
Doct. Judicii Provinc. Consulentis,  
Vicariatûs & Consistorii Assessori.
- D. Tobiaë Victori Kirfinger, J. U.  
D. Synd. & Cons. Judic. Provinc.
- D. Joachimo Bentz, J. U. Doct. Vi-  
cariat. & Consist. Assessori.
- D. Joanni Adamo Bautz, Medicinæ  
Doctori.
- D. Dominico Zecher, Senatori Her-  
bipolensi.
- D. Joanni Adamo Dischler Præfecto  
Obligiorum Capituli Cathedr. &  
Senatori Herbipolensi.
- D. Joanni Adamo Simon Cellario in  
Haugis.
- D. Joanni Melchiori Schenckel, S.  
T. Vicario.

D. Jo-





D. Joanni Philippo Anckenbrand,  
S. T. Vicario.

D. Joanni Valentino Benckert, Vi-  
cario & Succentori in Haugis.

D. Georgio Christiano Krieg, Vicario  
in Novo Monasterio.

D. Michaëli Christophoro Walther,  
Vicario & Succentori Novi Mona-  
sterij.

D. Jacobo Raum, Vicario ad S. Bur-  
chardum Subcustodi & Succent.

### DD. CONSULTORIBUS.

D. Joanni Francisco Bauman, Judi-  
cii Civici Assessori.

### SECRETARIO,

*Dicant*

*Dedicant*

*Consecrantq̃*

Consodales Mariani.





*Ad DD. Sodales.*

**Q**UAMVIS Romæ P O R T A  
AUREA nondum aperta sit,  
vobis tamen DD. SODALES  
MARIANI præcoce bene precandi  
desiderio, JUBILÆUM SÆCU-  
LARE jam panditur, atque eâ inten-  
tione offertur, ut non unius, sed ali-  
quot sequentium annorum Xeniis  
conficiatur. Et quidem ut Sæculi no-  
stri novissimi annus Jubilaris, millesi-  
mus septingentesimus rerum memo-  
rabilium gestarū varietate fæcundis-  
simus, lectu amænior evadat, si prio-  
ra tempora cum posterioribus jucun-  
do certamine conferantur: Ideo hanc  
totius historiæ ecclesiasticæ brevissi-  
mam epitomen ab ipso ecclesiæ pri-  
mordio inchoavimus. Non datur  
autem libellus iste eo animo, ut viros  
eruditos erudiat, sed ut tomos am-  
plissimos Illustrissimi Cardinalis Ba-  
ronij



ronij de rebus Ecclesiæ conscriptos, angustocompendio, arctatos, celeriq; intuitu percurrendos oculis subjiciat, & rerum, vel auditu, vel lectione perceptarum memoriam refricet: Tum etiam, ac præcipue, ut illi, quibus angustior domi suæ bibliotheca est, quàm ut vasta & pretiosa volumina Baronii capere possit, saltem synopsis historiæ ecclesiasticæ, temporum catenâ, & ordine rerum gestarum connexam legere, & suis quæque temporum spaciis distinguere possint.

Accipite DD. SODALES benevolè hoc JUBILÆUM SÆCULARE, & simul jube convivium, quod est bona conscientia, & JUBILÆUM SANCTUM, quod est Charitas DEI in cordibus vestris diffusa cum perenni jubilo celebrate.

PAX MVLTIPLEX DEI EXVLTET  
IN VOBLIS.

ECCLE-





# ECCLÉSIA PRIMITIVA

PER  
QUINQUE SÆCULA  
MILITANS  
ET  
TRIUMPHANS,

*Portis Inferi non præva-  
lentibus adversus eam.*

Mat. 16. v. 18.

SÆ-






# SÆCULUM PRIMUM,

Continens res memora-  
biles Ecclesiæ, quæ contigerunt  
ab ortu Christi usque ad  
annum 100.

## DECAS I.

✻ à Christo nato ad annum ejus 10. ✻  
I.

 Ctavo à nativitate Die, Ka-  
lendis Januarii, Jesus Chri-  
stus ut se verum Abrahami  
filium profiteretur, legi cir-  
cumcisionis se subjecit & pre-  
tiosi sanguinis sui rubricâ Æræ Christianæ  
initium, insignivit.\* Sexto exinde die Ba-  
lahami nepotes, Dynastæ tres, seu Reguli  
stellâ Duce venêre Hierosolymam & inde  
Bethlemum, ubi in Jesu Infante Deum ve-  
rum adoraverunt,\* Moniti per somnum ut  
aliâ in patriam viâ regrederentur, callidam  
Herodis crudelitatem eluserunt.\* Qui  
delusum se à Magis intelligens pueros om-  
nes

A

nes



nes ante biennium natos interimmi iussit: ad Infantem autem, quem exterminare nefandâ cæde proposuerat, sanguinariæ manus tyranni non pertigerunt, quia iubente Angelo in Ægyptum abductus erat.\* Deo postmodum immane infanticidium ulciscente, poenas pro innocente sanguine fuso meritas persolvit. Mirâ enim morborum varietate ac fœditate cruciatus, & â suis derelictus, ex turpissimo corpore scelerrimam animam efflavit.

Successit Herodi Archelaus regni hæres ex testamento Patris, non tamen absque effusione sanguinis. Cum enim Judæos in defunctum Herodem graviter conviciis tumultuantes ob cædem iis allatam, qui Aquilam auream è templi foribus deturbaverant, verbis placare non posset, præmissa exercitu tria millia seditiosorum trucidavit. Quapropter Romam ad Augustum navigare compulsus, coram eo diu cum Antipa fratre de successione contendit.

\* 2. Dirempta tandem lis est Romæ, & ditio Herodis in duas partes divisa, quarum una cessit Archelao, non jam Regi, sed Tetrarchæ, alia inter Philippum & Antipam fratres ejus distributa. Declaratus igitur Tetrarcha Judææ Archelaus circa anni hujus finem in Judæam revertitur, cui Judæi juramento se obligant.



✱ 9. & 10. ✱ Sanctissima Familia habitat in Nazareth, unde Christus dictus est Nazarenus, adhæsitq; illi hoc nomen usq; dum in Christum credentes, CHRISTIANI appellati sunt, tunc enim NAZARENI nomen relictum est illis, qui simul Christum colebant & legalia quoque vetera retinebant, neque Judæi, neque veri Christiani. Impius Porphyrius, & Julianus Apostata non aliter Christianos, quam Galilæos appellabant.

✿ Ab anno 10. ad Annum 20. ✿

12. **C**Um Christus jam esset duodennis, deductus est à Parentibus Hierosolymam ad festum Paschæ, quibus nescientibus ibidem per triduum remansit. Non videtur autem credibile, quod pij aliqui putant, Christum hoc triduo mendicasse, quia lege divinâ prohibitum antiquitus videbatur Judæis mendicare.

A 2

Re-




Reliqui anni vacant quia latuit Christus, & usque ad annum trigesimum nihil de eo proditum est, præter id, quod tribus verbis Evangelista complectitur: *Erat subditus illis.*

Interea circa annum Christi decimum sextum ARCHELAUS Ethnarcha nono Principatus sui anno Romæ à legatis Samaritanorum & Judæorum de nimia crudelitate & tyrannide iudicio postulatur, & ab Augusto accersitur, Viennam Galliæ civitatem in exilium mittitur, & bona ejus fisco addicuntur.

Ex damnatione hujus Archelai certior causa redditur, quare Joseph ex Ægypto reversus noluerit venire in Judæam, audito illic Archelaum regnare: non enim timuit successorem Herodis, cum etiam Antipas, qui in Galilæa regnavit, filius fuerit Herodis, subterfugit autem tyrannidem Archelai.

Obiit Anno 16. Augustus Imperator, & successit Tiberius Nero.



### DECAS III.

✻ *Ab anno 20. ad annum 30.* ✻

**L** Atente adhuc Christo nihil gestum reperitur quod spectat ad res ecclesiasticas.

Cre.



Credibilius est S. Josephum in hac annorum decade obivisse, quam quod quidam sine fundamento scribunt eundem post resurrectionem Domini adhuc superstitem fuisse. Si enim Passionis tempore Josephus adhuc vixisset, Dominus matrem suam non Joanni fidelissimo Virginitatis custodi commendasset, quæ jam Josepho fuerat commendatissima.

Pontius Pilatus anno Christi vigesimo octavo, nocte intempestâ Cæsaris imagines intulit Hierosolymam, quod ingentem inter Judæos tumultum suscitavit: multis quoque rapinis & crudelitatibus vexavit, idque integro decennio, quo eis præfuit.

\*\*\*\*\*

## DECAS IV.

✿ Ab anno 30. ad annum 40. ✿

31. **R** Edemptor humani generis JESUS CHRISTUS DEUS noster, lux vera, lumine prædicationis effulgere cœpit. baptizatus igitur est Dominus à servo suo Joanne post impletum annum vitæ trigesimum, uti Baronius ex probatissimis scriptoribus, & præcipuè S. Ignatio Martyre coætaneo Christi computat, die sextâ Januarii, ut semper tenuit Ecclesia Occidentalis.

A 3

Me-



*Memorat S. Chrysostomus in hom. de Baptismo Christi ex sanctificatione tunc aquis inditâ, annum eâ nocte, quâ baptismi Christi solennitas celebratur, fieri miraculum consuevisse, ut quam fideles acceptam aquam domum referrent, ac reponderent, ea non solum integro anno, sed etiam biennio ac triennio incorrupta conservaretur. Quod intelligendum est de aqua eâ nocte in Ecclesia conservari solita, uti à Græcis observari docet Baronius, non autem passim de omnibus aquis eâ nocte haustis.*

Christus à Joanne baptizatus secedit in solitudinem & 40. diebus jejunat. \* Invitatus venit ad nuptias & aquam in vinum convertit, \* venit Hierosolymam ad Pascha celebrandum \* Judæam lustrat & miracula patrat. \* Joannes Baptista ab Herode mittitur in carcerem, \* Jesus venit in Samariam, inde in Galilæam & iterum in Canam Galilæam, ubi filiam Reguli cujusdam ( Dominus is erat alicujus oppidi, qui tamen Tetrarchæ suberat ) absentem sanitati restituit. \* Vocat Andream & Joannem, aliaque memorabilia innumera patrat.

A multis iisque gravissimis auctoribus scriptum reperitur, quod ABGARUS Edeffæ, Syriæ civitatis Rex famâ miraculorum per-motus Epistolâ missâ Christum ad sē Edeffam

fam



fam invitaverit. Rescripsisse verò Domi-  
num & laudâsse fidem ejus, se verò excu-  
sâsse, quod iis, ad quos missus esset, occupa-  
tus à Judæa recedere non posset, Cæterum  
missurum se post suam ascensionem unum  
ex discipulus suis, qui ei salutem animæ  
& corporis restitueret.

*Hæc Epistola quam Eusebius ex tabulis Edes-  
senis historiæ suæ intexuit, tametsi à Gelasio in-  
ter apogrypha numeretur, non tamen omninò  
proscripta est. Sicut nec historia, quæ circum-  
fertur de transmissa imagine, quam Christus di-  
vino vultûs attactu linteo impresserit & Abaga-  
ro Christum videndi percupido transmiserit, vir-  
tute cujus plura miracula præstita fuerint in Ec-  
clesia, de quo scribit Hadrianus Papa ad Ca-  
rolum Magnum.*

\* 32. Christus creat Apostolos \* Sermo-  
nem habet in monte de beatitudine verâ,  
& Christianæ legis perfectione \* multa sig-  
na facit \* in domo Simonis Leprosi man-  
ducat, pedes ejus lacrymis rigante Mag-  
dalenâ. \* Patitur multas contradictiones  
Judæorum, & insidias eludit.

\* 33. Herodes Antipas Tetrarcha Gali-  
lææ in ipso convivio natalis sui, ab Hero-  
diade concubina deceptus, ut ejus filiæ  
saltatrici satisfaceret, Joannem Baptistam  
in castello Macherunte carcere custodi-



tum truncari iubet. \* Christus multiplicat panem. \* Peragrat Galilæam declinans Judæam. \* Petro confitenti Principatum promittit in Ecclesia sua. \* Transfiguratur in monte \* a Judæis ad lapidandum quaeritur. \* Restituit visum cæco nato lavanti se in siloe natatoria.

*Fuit autem Siloe fons ad radicem montis Sion, qui non jugiter ebulliebat aquas, sed certis tantum horis diei. Memorat S. Hieronymus eum precibus Isaie Prophetae primum erupisse, ut obsessis sub Ezechia Rege Judæis succurreretur, & quoties iidem aquatum venirent, undam præbuisse, hostibus verò venientibus latuisse.*

Eodem anno designat Dominus septuaginta duos discipulos, \* docet divitias esse contemnendas \* atque inter alia de Epulone divite ad inferos damnato, & mendico Lazaro narrationem intexit.

*Hæc narratio an Parabolica, an historia vera sit, variant auctores: Baronius illis adstipulatur qui putant esse veram historiam. Et quidem Euthymius ex Hebræorum traditione ait diviti Epuloni fuisse nomen NYNENSIS. Confirmatur etiam hæc sententia quod multis in locis in honorem ejusdem Lazari erectæ ecclesiæ habeantur. Neque obstat, quod ibi mentio fiat de Sinu Abrahæ, de lingua, de digito, quia in divinis scripturis usitatum est, corporea membra, Deo, Angelis,*



¶ animabus ad meliorem intelligentiam adscribere.

✠ 34. Lazarus resuscitatur, \* Concilium adversus JESUM initur. \* Hierosolymis festivo applausu & voce Hosanna resonante excipitur.

Est autem vox Hosanna idem ac Latinis Salva quæso. Vox usitata in festo Tabernaculorum, quando DEUM deprecantibus sacerdotibus populus respondere consueverat, ut nos in Litanis facimus, Hosanh-na. Libera seu salva quæso.

Arefacit arborem fici. \* Fraudulenta quæstiones Phariseorum, præsertim de tributo pendendo Cæsari, eludit. \* Inungitur à Magdalena \* à Juda Iscarioth XXX argenteis venditur.

Quando Christus dicitur venditus 30. argenteis, non videtur ea summa intelligenda de florenis paucis, sed (quod probabilius autumat Baronius) significat summam quandam multò majorem, unde ager figuli emi poterat in Palestina, in qua regione, utpote valde angusta & simul populosissima, agri magno pretio constabant. Vox argenteus si reperitur in Pentateucho significat Selagh hoc est Siclum unum. Si reperitur in Prophetis, significat Litrin, hoc est libram; Si in Hagiographis, Canterin, hoc est talentum. Et hac ratione probabilius est Evangelistam u-

As

sur-



surpassse more, quo prophetae uti consueverunt, nimirum pro 30. libris argenti.

JESUS Pascha manducat cum discipulis \* Pedes Apostolorum lavat \* Eucharistiam instituit \* Orat in monte \* Capitur \* Patitur \* Moritur anno decimo octavo Tiberii Imperatoris, expleto anno ætatis trigesimo tertio & tribus mensibus juxta computum Mariani Scoti, Eusebii, Nicetæ, Cedreni & plurimorum antiquiorum, quibus adhæret Baronius. De die Mensis, quo mortuus est Christus, major adhuc lis est an fuerit 25. Martij, an alia ejus mensis, fortè etiam (ut quidam memorant) dies Aprilis. De die hebdomadæ certū est fuisse sextam Sabbathi dictam Judæis, Gentilibus autem diem Veneris, Christianis Græcis Parasceven, Latinis feriam sextam. \* Resurgit Christus tertio die à mortuis \* apparet diversimodè \* Spiritum sanctum suis impartitur \* Apostolos in Galilæam ablegat, ibidemque eductis foras in Bethaniam, elevatis manibus benedicit, & in cœlum ascendit egregium relinquens ascensionis suæ monumentum, non modò Apostolis, sed posteris omnibus spectandum, sacrorum pedum suorum impressa terris vestigia, eo loco, quo in monte Oliveti elevatus est in cœlum,

Christi



Christi porrò vestigia in tantum ibidem inhaerent, ut cum ea terra quotidie à fidelibus devotionis ergò auferatur, nihilominus eadem vestigia pristinum statum continuò recipient. Et cum ecclesia eo loco conderetur, summum tantum cacumen propter Dominici Corporis meatum contegi non potuit. Testatur hæc Hieronymus, Paulinus, Beda.

Post Ascensionem Domini in locum Judæ subrogatur Mathias \* Spiritus sanctus descendit & format Evangelii Præcones \* Baptismus à Petro in nomine Christi confertur \* Christi fides miraculis ab Apostolis variè confirmatur.

Primam discordiam in ecclesia moverunt Græci, id est Judæi, qui in Græcia nati, lingua eorum ac moribus imbuti erant, neque enim id de gentilibus intelligi potest, utpote ad quos Evangelium nondum pervenerat. Discordiæ autem causa fuit, quòd viduæ eorum despicerentur in ministerio, scilicet in rerum communium quotidiana distributione sive in AGAPE. Viderunt enim quod viduæ Hebræorum, qui in Judæa nati erant, in distributione tam vestium, quam ciborum tanquam honoratiores cæteris præponerentur. Hoc murmur dedit occasionem Apostolis eligendi septem Diaconos, qui impostero essent præfecti



mensæ, non tantum profanæ, ut perperam id putant hæretici, sed etiam Eucharisticæ, quæ Hierosolymis & alijs in locis tunc temporis cœnæ communi, seu publico illi convivio (quod in signum charitatis ex communi thesauro ecclesiæ instruebatur & AGAPE dicebatur) præmitti solebat. Ministrabant ergo Diaconi Apostolis Eucharistiam conficientibus, & postmodum profanas etiam mensas ex officio curabant.

S. Jacobus Alphæi, cognomento Justus idemque frater Domini dictus a Petro, totius orbis Magistro præpositus & ordinatus est primus Hierosolymorum Episcopus. Primus ille habuit Cathedram ligneam Episcopalem, quam Eusebius ad sua usque tempora reservatam & permagni habitam fuisse scribit. Primus etiam usurpavit Cidarion, item Poderem & super humerale seu stolam Episcopalem.

S. Stephanus Protomartyr lapidatur.

✱ 35. Dispersis post necem S. Stephani Christianis, præter Apostolos, qui Hierosolymis adhuc remanebant, per diversas terras Ecclesia Dei feliciter propagatur, Lazarus, Maria Magdalena, Martha & Marcella pedissequa una cum Maximino Christi discipulo navi absque remigio imposita divinâ Providentiâ in Massiliam appellunt.

S. Pau-



S. Paulus anno ætatis suæ probabiliter  
trigesimo quarto convertitur ad Christum  
\* Philippus prædicat Samaritis \* Baptiza-  
tis Sacramento confirmationis Spiritus fan-  
ctus impertitur \* Redarguitur Simon Ma-  
gus, volens pecuniâ emere virtutem dandi  
Spiritus sanctum.

Simon Magus doctrinæ Apostolorum  
plurimum obversatur primus omnium hæ-  
resiarcha.

### HÆRESIS ET IMPIETAS SIMO- NIS MAGI.

**P**rimò jactabat se esse magnam Dei virtutem,  
sic dementârat Samaritas (erat autem & ipse  
Samaritanus, natus in vico cui nomen Gittoni )  
Judæis, autem Christo infensis suadere conabatur  
se esse Dei filium, in Judæos, & in Samariam de-  
scendisse tanquam patrem, in reliquas autem  
gentes, quasi Spiritum sanctum adventâsse. Cir-  
cumducens etiam secum Selenem quandam, sive  
Helenam dictam, à Tyro, civitate Phœnicis, quæ-  
stuariam redemptam appellabat primam men-  
tis suæ conceptionem, matrem omnium, per quam  
initio creâssent Angelos, à quibus postea mundus  
esset effectus; Porro Angelos, agrè ferentes se  
progeniem alterius cujusquam putari, in ipsam  
Selenem commotos, eam in terra retinuisse, ne ad  
Patrem suum sursum recurreret, usque adeo, ut  
in corpore humano includeretur, & per sæcula



veluti de vase in vas transmigraret in corpore muliebria, fuisseque etiam in illa Helena, propter quam bellum Troianum exortum esset. Hæc & similia plurima & absurdissima effutiebat Præstigiator impius. S. Irenæus de eo fusè commemorat. Unde S. Ignatius jure hunc Simonem primogenitum Satanæ appellavit: Sectatores illius à nefandis operibus suis dicti sunt **ENTYCHITÆ**: de quorum absurdis Epiphanius.

Philippus Diaconus ab Angelo admonitus occurrit Eunuchò Candacis Reginae Æthiopum, eoque instructo & baptizato raptus à Spiritu divino transfertur in Azotum.

Eunuchum hunc Evangelium Christi, prout à Philippo instructus erat, prædicasse & Martyriam postmodum subiisse docent multi Ss. Patres.


✱ 36. 37. 38. ✱ Caiphas ut scribit Nicephorus vitæ pertæsus mortem sibi ipsi consciscit. Pilatum quoque in Galliam relegatum Viennæ propriâ manu sibi necem intulisse plurimi referunt. Paulus prædicat passim Evangelium, & Damasco (ibi per sportam dimissus) venit Hierosolymam ad Petrum videndum.

✱ 39. Tiberius moritur relicto Imperij hærede Cajo Caligula. S. Petrus Antiochenam fundat Ecclesiam, ibique primò collocat Cathedram veritatis.

Sed



Petrus hoc anno plurima loca peragrat  
& doctrinâ ac miraculis illustrat: in Joppe  
præsertim Tabitham Christianam sanctis-  
simam fœminam nuper defunctam ad vi-  
tam revocat.



✿ ab anno 40. ad 50. ✿

Cajus



Cajus Imperator imperat Judæis statuam suam collocare in templo Hierosolymitano, vultque passim divinis honoribus adorari.

✱ 42. Petronius statuarius flexus Judæorum lamentis differt Sidone statuam Hierosolymis inferendam perficere, interea Agrippa Cajo supplicat, ne statuæ dedicationem novis mandatis urgeat, idque ceu maximam gratiam ab Imperatore tandem obtinet.

Judæi multis cladibus atteruntur, Syris & Græcis contra eos arma ferentibus.

✱ 43. Cajus Imperator conjuratione Cassii Chereæ & Sabini Tribunorum militum Prætorianorum occiditur. Periit quoque uxor ejus Cæsonia, gladio à Centurione confossa, & filia parieti illisa.

Factione militum Prætorianorum Imperium capescit Tiberius Claudius Drusus Germanicus.

CHRISTIANI primum dicti Antiochiæ. Quia verò hæretici quoque paulò post idem hoc nomen sibi usurpârunt, & suos quoque sectatores Christianos appellârunt, quod fecisse primò Carpocratianos Epiphanius docet, ideo, ad veros Christianos à falsis distinguendos, nomen CATHOLICUM ab ipsis Apostolis inventum est. Et hoc quidem cognomen tam proprium est ve-



ra Ecclesiæ, ut cum serio res acta fuit, nulli unquam hæretici id ausi fuerint usurpare, ut affirmat S. Augustinus cont. Epist. fund. c. 1.

S. Thadæus sanat Abagarum Regem, & Edeffenos convertit ad Christum.

✱ 44. S. Jacobus filius Zebedæi, & frater Joannis ab Agrippa Herode capite truncatur & Martyrio coronatur.

Petrus in Carcerem detruditur, & ab eo per Angelum liberatur.

Constituitur ab Apostolis Hierosolymis SYMBOLUM, quod dicitur APOSTOLORUM, tanquam prima regula Christianitatis, & fundamentum unitatis ac doctrinæ universalis, quo posito in omnem terram divisi nomen Christi ad gentes portaverunt.

*Fuit Symbolum istud non scripto, vel in membranis exaratum, sed tantum in cordibus singulorum retentum, ut certum esset, hoc neminem ex lectione, quæ interdum, etiam ad infideles pervenire solet, sed ex Apostolorum traditione didicisse. ita S. Hieronymus, S. Ambrosius & S. Augustinus.*

Singulis Apostolis ad suas Provincias abeuntibus, S. Petrus ad Simonis Magi pestiferam corruptelam abolendam Romam venit.

Ingenti fame universus orbis vexatur:

in



in cuius remedium Christiani Antiochiæ collectas pecunias ad Christianos in Iudæa existentes per Saulum & Barnabam transmittunt, quæ pia consuetudo, in Ecclesia diu perduravit, ultra tempora Theodosii. Propagatum ex ejusmodi sacris Apostolicis Institutionibus in Ecclesiam Catholicam, ut in quotidianum pauperum usum singulis diebus Dominicis collectæ fierent.

✱ 45. a Petro Apostolorum Principe, qui anno superiore venerat, Romana Ecclesia totius orbis Princeps instituitur, & Sede Pontificiâ decoratur. In cuius rei memoriam perennem, celebritas annua habetur in Ecclesia, & S. Petri Cathedra lignea in Basilica Vaticana asservatur. Stabilitâ Romæ in hunc modum Cathedrâ Petri Antiochena alteri cessit: absq; tamen principatûs in Ecclesiam universalem prærogativa, quæ soli Romanæ Cathedræ Petri annexa est.

Petrus Provisurus Ecclesiæ Antiochenæ, primam suam Epistolam Romæ scribit. Quod verò addat in fine, *salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta*, id facit propter magnificentiam urbis, cum vitiis tunc conjunctam: quam vocem Novatores derivant in Romam modernam: sed non minore



nore contumeliâ quam illa sit, quâ multi negant Petrum Romæ unquam sedisse.

S. Marcus latinè vulgavit hoc anno suum Evangelium.

✱ 46. Herodes Agrippa Cæsareæ in veste splendida orationem habet, & divinos sibi honores arrogans ab Angelo percussus, atque ita computrefactus est, ut totum corpus in vermes abierit.

Paulus & Barnabas Paphum venientes, Sergium Paulum Proconsulem ad fidem Christi convertunt, prius excæcato ad tempus Elymâ mago: qui tamen minimè resipuit, sed magis ac magis insanians Evangelio se opposuit.


✱ 47. Paulus Iconium Lycaoniæ pervenit, & Theclam ad Christum convertit admirabilem illam in purpurato choro Martyrum sceminarum antesignanam & Proto-Martyrem.

✱ 48. Beatissima Virgo vitâ functa, cum corpore & anima in coelum assumitur.

✱ 49. & 50. ✱ Romæ incrementum sumit Evangelii fructus & vilescit profana aruspicum disciplina, frustra Claudio Imperatore Senatusconsulto se se opponente contra externas superstitiones, sub quo nomine Christiana religio tunc temporis comprehendebatur.

DE.





## DECAS VI.

51. **P**etrus una cum Judæis Româ e-  
 ctus redit Hierosolymam, ubi pri-  
 mum concilium Apostolorum in causa le-  
 galium celebratum est, & definitum, ut fi-  
 deles ab immolatis, a sanguine, & suffo-  
 cato abstinerent propter Judæos, qui eo-  
 rum usu scandalizabantur, a cæteris autem  
 legalibus liberi essent. Orta post hæc lis  
 inter Petrum & Paulum Antiochiæ, nec  
 non inter Paulum & Barnabam! sed lis  
 qualis inter sanctos esse consuevit, ex zelo  
 gloriæ DEI, ideoque charitatis vinculo  
 illæso manente, imò arctius coeunte.

### HÆRESIS ET IMPIETAS CERINTHI.

**D**ocuit hominem salutem sine baptismo con-  
 sequi, aliis defectum suppleantibus ejus, qui  
 sine baptismo obiit.

Circumcisionem cum baptismo & legem Ju-  
 daicam cum Christiana commiscuit.

Deiparæ Virginitatem abnuit, & JESUM  
 in simplicium hominum numero posuit.

Somniavit in passione Christum impassibilem  
 à JESU passibili avolasse.

Fundamenta etiam jecit delirii Chiliastarum  
 seu Millenariorum, qui post resurrectionem tem-  
 porale Christi regnum expectabant omni per  
 mille annos carnis voluptate plenum. Bar-



Barnabas erigit Ecclesiam Mediolanensem.

Paulus venit in Lystram & propter Judæos, qui ibi erant, circumcidit Timotheum, eumque Ordinat.

Lucas Paulo adhæret, fitque comes peregrinationum variarum.

Videtur incepisse in Ecclesia ritus nocturnarum precum: siquidem Lucas agens de Carcere Philippensibus scribit, *Paulum & Silam mediâ nocte surgentes laudâsse Dominum*: unde putant plurimi SS. Patres Apostolorum exemplo introductum esse, ut de nocte fideles surgerent ad Psalmodyam, quam ideo in tres nocturnos divisam dicunt, ut corresponderet oratio tripartita, & additis laudibus quatripartita, monitioni Christi Marci 13. *vigilate, nescitis enim quando Dominus veniet, serò, an mediâ nocte, an Galli cantu, an manè.*

S. Epiphanius psalmos, qui primâ noctis horâ cani consueverunt, appellat Lucernales: S. Basilius Lucernariam gratiarum actionem. Tertullianus autem hasce vigilias vocat nocturnas convocationes: *Quòd scilicet non privatim in cœtibus, sed in publicis ecclesiis, æque à Laicis, quàm à Clericis haberentur.*

✠ 52. S. Paulus venit Athenas, & ibidem, primò in Synagoga, ac postmodum in Areopago, occasione (desumptâ ab arâ ignoto Deo collocatâ) Christum annunciat.

Are-



*Areopagus locus erat juxta mare dictus MORTIS PROMOTORIUM, eò judices conveniebant ad judicandas causas majoris momenti, inde Areopagitæ dicti: nec ulli in numerum adlegebantur nisi probatissimi, famâ integerrimi & virtute spectatissimi essent. Solebant autem dicturi Sententias eò convenire ter quolibet mense & sine omni ornatu verborum summâ taciturnitate in tabellis exarare sententias: unde increbuit Parmia: AREOPAGITA TACITURNIOR. Ab omnibus fere gentibus etiam ipsis Romanis gravissimæ causæ definiendæ frequenter Areopagum mittebantur. Si causa sanguinis agebatur, judicium exercebant noctu, nullis accensis luminaribus, nè judices miserando reorum aspectu moverentur.*

*Convertitur à S. Paulo Dionysius Areopagita, & Damaris, uxor (ut multi arbitrantur) Dionysii.*

*Hic ille Dionysius qui patiente Christo Heliopoli visâ eclipsi solis exclamavit, aut natura evertitur, aut naturæ DEUS patitur*

*S. Paulus Athenis migrat Corinthum ibique scenofactoriam artem exercet.*

*Sed unde accidit ut Paulus nobilitate insignis & eruditione præclarus opificium scriberet? R. Is qui literas sacras profiteri tunc temporis voluerunt inter Rabbinos, communi quâdam lege præscriptum fuisse, ut manuale quodpiam opificium*  
addis-



addiscerent. Quia laborantes manibus suis & nunquam otio dediti, sic minus ad peccandum proclives futuri erant, unde inter alios nobiles Rabbinos antiquos, leguntur Rabbi Jochana suttoriam, Rabbi Judæ Pistoriam, & alii alia opificia exercuisse.

Corinthis scribitur à Paulo prima Epistola ad Thessalonicenses.

✽ 53. Paulus adhuc Corinthi degens scribit secundam Epistolam ad Thessalonicenses, in qua jubet eos stare non tantum iis, quæ scripto, sed etiam quæ per Apostolicas traditiones accepissent, *State & tenete traditiones.*

Christiana Religio à primo jam Ecclesiæ nascentis exordio duplici jure regebatur, scripto & non scripto, legibus videlicet & consuetudine: quod cuique bene instituta Reipublica & tam Græcis quam Romanis commune fuisse perspicuum est.

✽ 54. S. Paulus Ephesum venit. Judæus autem quidam nomine Apollo vir potens in Scripturis & valde eloquens, post Pauli abitum in Syriam veniens Ephesum, & à Priscilla & Aquila exactius fidem edoctus perrexit Corinthum, magno fructu prædicans ubique Evangelium.

S. Philippus Apostolus apud Hieropolim Phrygiæ urbem cruci affigitur, & lapidibus simul obruitur.

55. Pau-



✱ 55. Paulus peragratias Asiæ partibus rediit Ephesum, ibique pugnat cum bestiis, id est (ut Chrysostomus & alii plurimi interpretantur) cum hominibus efferis.

*Non igitur, ut aliqui autumant, ibi feris obiectus fuit.*

Ibidem sudariis & semicinctiis suis sanitatem multis infirmis restituit.

*Ex Fimbriæ Christi & Pauli sudariorum exemplis fidelibus pia & Religiosa traditio inhaesit, ut cum minus liceret sanctorum corpora sepulchris condita tangere, desuper admoventur sudaria quædam aut vela, quæ dicebantur SANCTUARIA, sive BRANDEA, de quibus quantam virtutem haurirent, locuples testis est Gregorius Papa & alii.*

✱ 56. Corinthi magna fit accessio ad Christianam fidem, non tantum prædicatione Pauli, sed etiam occasione septem filiorum Scevæ Principis Sacerdotum, qui in nomine Jesu dæmones eijcere temerariè ausi, à malo Spiritu obruti sunt, ut refert Lucas in actis cap. 19. quo exemplo exterriti fideles Corinthi ingentem copiam librorum magicorum igne absumendam contulerunt, qui mos hodieum viget in Ecclesia ut libri Hæretici flammis tradantur.

Testantur Hieronymus, quod Apollonius Tyanæus nullibi carius, quam Ephesi hoc tempore magiæ suæ merces exposuerit.

*Circa*



Circa exorcismos filiōrum Scevæ observant quidam, quod hi à majoribus suis Judæis traditum arcanū quoddam habuerint potens ad dæmones expellendos, & hoc suo stemmati concreditum ministerium adhibito & commixto cum suis ritibus sacratissimo JESU nomine exercere voluisse, ut se præ Paulo fortasse efferrent, ideoque vim non habuerint; sed male insuper à dæmone excepti fuerint. Qui verò primus eam artem exorcizandi Hebræos docuerit Salomonem fuisse scribit Josephus, & agit insuper de radice quadam virtutis admirabilis adversus dæmones. Testatur quoque Epiphanius, Hebræos firmiter tenuisse, si cui scire ac fari licuisset nomen Tetragrammaton, eum facultatem adversus dæmones assecutum fuisse. Unde filii Scevæ fortasse similis virtutis esse nomen JESU opinantes temerè id usurpârunt.

Claudio Druso hoc anno è vivis per venenum sublato succedit Nero.

✠ 57. ✠ Paulus Ephesi comoratus scribit Epistolam primam ad Corinthios, & incastuosum excommunicat. Unde usus in ecclesia excommunicandi propter enormia scelera, iterumque pœnitentias publicas agendi jam à primordio ecclesiæ justè introductus est: similiter usus indulgentiarum à sacerdotum potestate promanans nequaquam, ut heretici fingunt, Papicolarum figmentum est.

B

Ex



Ex doctrina Pauli Virgines Corinthi pri-  
mò facies suas velare incipiunt, unde ve-  
lum in Ecclesia hodiedum monialibus pri-  
insigni virginitatis conceditur. Collegi-  
quoque sacrarum virginum & viduarum  
Institui cœperunt.

Gravis seditio Ephesi concitatur contra  
Paulum ab argentariis opificibus auctore  
Demetrio, qui ædiculas Dianæ ex argente  
cudere solitus erat, cum artificibus suis  
subditis. Hic tamen motus per Alexan-  
dram Judæum quendam ac scribam sa-  
pientem compositus est.

Proficiscitur Paulus in Macedoniam Ti-  
motheo Ephesi Episcopo constituto.

Ex Macedonia scribit primam Episto-  
lam Timotheo.

Errores suos spargere incipiunt Hyme-  
næus, Alexander Ærarius & Ebion. Ale-  
xandrum Apostolus tradidit Satanæ, quod  
Dominum blasphemaverit.

*Qualis blasphemia illa fuerit non memoratur  
in Epistola, refert Gualtherius in sua Chronolo-  
gia, tum Alexandrum, tum Hymenæum & Phi-  
letum asseverasse, resurrectionem jam præteri-  
isse. Eodem tempore fuerunt, qui matrimonium  
appellabant institutum & doctrinam diaboli, &  
juebant abstinere ab animatis.*

Titus creatur à Paulo Cretæ Episcopus.

58. Pau.



✠ 58. ✠ Paulus prædicans gentibus circa Illyricum scribit Epistolam ad Titum.

Sed quare in hac Epistola jubet Apostolus eligi Episcopum unius uxoris virum, & non magis cælibe omnino, qui nullius sit uxoris vir? Respondet Baronius: quia in Creta, de cujus agebat ecclesia, difficillimum fuisset aliquem hujusmodi reperire, cogentibus nimirum (uti Strabo testatur, qui rempublicam Cretenesium describit) antiquis eorum legibus, ut omnes à puero uxores ducerent, imò pueri formosiores raperentur, iique essent honoratiores, qui præ cæteris prius rapti fuissent. Interim si contingebat tum in Creta, tum alibi, ut ob cælibum penuriam conjugati eligerentur, consentiente primùm uxore sic electi desinebant ab omni usu conjugii, nec potuit omnino inquit Hieronymus, esse Episcopus, qui in Episcopatu filios faceret. Quod idem unanimi consensu antiqui Patres tradiderunt.

In Græcia multi pseudo-Apostoli circumvagati de Christo varia mentiuntur, unde Lucas sumit occasionem scribendi Evangelium Paulo adhortante.

Theophilus, cui ex Achaia Lucas Evangelium suum inscribit, verosimiliter fuit vir quidam nobilis civis Antiochenus, quem Petrus convertit ad fidem, & in domo ejus, quam Theophilus Neo Christianis in templum donaverat, cathedram suam primò constituit. Cum igitur etiam Lucas

B 2

patria



patriâ Antiochenus esset, multis fidem facit, hinc concivi suo Evangelium inscripsisse.

S. Paulus scribit Nicopoli Epistolam secundam ad Corinthios, in qua meminit se nocte ac die in profundo maris fuisse.

Beda profundum maris interpretatur fuisse teterrimum quendam carcerem, nomine *CYZENUM*, qui ex eo, quod altissimus esset, ad eodē deorsum depressus, ut meritò dictus sit profundum maris. Sic Athenis carcer erat famosissimus, qui *BARATHRUM* appellabatur, & hæc interpretatio præ multis præplacet.

Paulus profectus Cenchreas (quod est navale Corinthiorum oppidum) ibidem scribit Epistolam ad Romanos: ut multis argumentis probat Origenes.

Troade Paulus mortuum suscitavit.

Ufus Lampadum in ecclesia etiam de die accensarum in signum lætitiæ spiritualis jam his temporibus vigere cœpit.

Dies Hebdomadæ circa eadem temporis feriæ appellatæ, eo quod Christiani sanctiores non diem hanc vel illam ad cultum divinum habeant, sed omni die Deum colant. Prima autem feria, dicta est Dominica tum ob resurrectionem Domini, quæ eâ die accidit, tum quod de illa prædictum sit hæc dies quam fecit Dominus. Reliqua festa, quæ deinceps superaddita sunt, instituerunt



erunt Apostolorum successores viri quoque Apostolici dicantes videlicet, ut loquitur S. Augustinus, & sacantes anniversariis solennitatibus ea, quæ insigniter excellentia certis diebus facta sunt; ut eorum necessariam salubremque memoriam festivitas concelebrata custodiat. Similes plurimos ritus ecclesiæ his temporibus introductos copiosè legere licebit SS. PP. auctoritate probatos & confirmatos in annalibus Ecclesiasticis Baronii sæculo primo.

Paulus remigrat Hierosolymam, ubi à Judæis capitur, & Romam ad Cæsarem mittitur, ad quem appellavit.

✠ 59. ✠ Paulus Romæ scribit secundam Epistolam ad Timotheum & ad Ephesios.

S. Crescens mittitur à Paulo in Gallias ubi Viennensem, ac simul Moguntinam rexit Ecclesiam.

Quando Paulus scribit Crescentem in Galatiam abiisse, pro Galatia Galliam legendum esse asserat Epiphanius. Galli enim sicut nomine, sic re conjuncti erant, & Galatæ originem duxerunt à Gallis, quando isti sub Brenno duce Græciam, Thracias & Asiam minorem devastantes complures provincias sibi tributarias reddiderunt, pars verò ipsorum in ea Asiæ regione sedes fixerunt, quæ ab eisdem postea Galatiæ, vel etiam Gallo-Grætiæ denominationem accepit. Uti docent Justinus, Hieronymus & alij.



✠60.✠ Paulus scribit Epistolam ad Philipenses, ad Colossenses, ad Philemonem ad Hebræos.

Contra impugnatores Crucis Christi choatur usus inter Christianos cruces facerandi, seque crucis signo muniendi.

Hoc anno Romæ Ruminalis arboris comitio, quæ super octingentos & quadraginta annos Remi Romulique Infantia texerat, mortuis ramalibus exaruit, quod significabatur Romuleæ superstitionis abrogatio, sicut olim Hierosolymis arefactus ficus signum fuit excindendæ infructuosæ synagogæ.



## DECAS VII.

✠ *Ab anno 60. ad annum 70.* ✠

61. **P**aulus solutus vinculis Romæ in Hispaniam proficiscitur, ut Baronius cum multis aliis censet.

Lucas absolvit, actus Apostolorum, & Epiphanius tradit, prædicat in Dalmatia, Macedonia, & in Gallia, usque ad annum vitæ octuagesimum, quo eum pervenisse scribit Hieronymus. De genere mortis an martyrio affectus, vel aliter obierit variant auctores.

Impiissimus Nero Imperator Agrippinam matrem naufragio frustra tentatam,

missam



missio Aniceto liberto, palam occidendam curavit. Et quia propterea publica Romæ lætitia agebatur, tanquam de salute Imperatoris servata, putant nonnulli hac ex causa accidisse, ut Paulus è carcere cum reliquis victis liber abire sineretur.

✠62.✠ Laodicea hoc anno ingenti terræ motu prostrata.

✠63.✠ Jacobus Apostolus & Hierosolymitanus Episcopus Martyrio afficitur relictâ Epistolâ Catholicâ, quam scripsit contra hæreticos sui temporis.

✠64.✠ Martyrium S. Marci Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi.

Monachi à S. Marco in Ægypto Instituti.

*Probabiliter iidem sunt, quos Philo vocat ESSENOS, & alij JESSÆOS, sic dictos à JESU sive à JESSE. Suidas ESSÆOS, ait idem esse ac CONTEMPLANTES, qui etiam genus quoddam Rechabitarum eos fuisse opinatur. S. Chrysostomus ESSENOS sive ESSÆOS à vitæ Sanctitate SANCTOS appellatos esse declarat. Baronius omnes Christianos passim degentes & non tantum monachos fuisse Essenos dictos, existimat.*

✠65✠ Homo plebejus ac rusticus præcinit Hierosolymitanam cladem, væ væ continuò in vicis & compitis urbis Ingeminans, neque monitis aut verberibus ad silen-

B 4

dam



dum adigi potens, donec in obsidione balista Romanorum vocem illi & vitam eripuit.

✠66.✠ Nero ardentem Trojam, uti depingitur, spectare volens, Romam variis locis accendit, ita ut mons Palatinus atque duæ urbis partes conflagraverint. Incendium hoc spectavit tyrannus in smaragdo, ut tantò pulchrius esset, & ne oculos offenderet. Cum verò ob hos ignes populi conviciis se impeti videret, culpam in Christianos tanquam in auctores conjecit, & ex eis plurimos hoc prætextu è medio sustulit, atque hinc exordium suum duxit prima persecutio in Christianos mota.

✠67.✠ Ecclesia DEI coronis Martyrum mirificè illustratur.

Nero præceptorem suum Senecam a proditore inter nobiles conjuratos occidi jubet, ipso Senecâ mortis genus eligente per venæ incisiones in brachiis & cruribus ac cicutæ potionem.

Ecclesia præcipua Lateranensis dicta a Plautio Laterano consule hoc anno necato, cujus domus in Christianorum primariam Ecclesiam conversa est.

✠68.✠ Petrus & Paulus Apostolorum Principes divino consilio Romæ conveniunt.

S. Petrus ad Judæos factos Christianos scribit secundam Epistolam. Vide.



Videtur quoque Epistola Judæ circa hoc tempus scripta, utpote ejusdem ferè argumenti cum Epistola Petri, contra quosdam hæreticos Nicolaitas appellatos, & alio nomine etiam Gnosticos dictos.

### HÆRESIS NICOLAITARUM.

**N**icolaus unus ex septem primis Diaconis & asseclæ ejus Nicolaitæ, quos DEO odiosos fuisse testis est Evangelista Joannes in Apocalypsi, permittebant communitatem uxorum. In mentem sibi inducebant, non posse quenquam vitæ æternæ participem fieri, qui non diebus singulis cum fœmina commisceretur. Ex cogitârunt insuper ad terrorem Numinum mirabilium nomina nempe Barбето, Prunicum, Jaldæbaoth, Caulâuchamb, Metran, &c. unde brevi divisi ab invicem sunt, & non amplius Nicolaitas, sed pulcherrimè à sapientia quæsito nomine, Gnosticos se appellârunt.

### HÆRESIS MENANDRI.

**M**enander professus Simonis Magi doctrinam prædicat, se ad salutem hominum dandam advenisse.

Simon Magus Neroni & Romanis illudens à malis geniis in aëra portatur, sed precibus S. Petri deijcitur, & confractis cruribus, ac toto corpore malè affecto perit. Et ideo S. Petrus carceri mancipatus est. Paulus similiter in vincula conjectus,

Et

quam



quamvis ob aliam causam, quia nimirum ut Chrysostomus affirmat, Pellicem Neronis ad castitatis observationem & ad Christum convertit.

In carcere Mamertino, quo Petrus tenebatur ejusdem precibus fons erupit divinâ virtute ministerium baptismi, quo Processus & Martinianus carceris custodes baptizari potuerunt. Dicitur fons ille in hodiernum diem manare, ita ut nec foris erumpat aqua, nec quantumlibet hauriatur, unquam exsiccetur.

Apollonius Tyanæus Romam præstigiis suis ita dementavit, ut à multis divinis honoribus affectus fuerit.

Clades Hierosolymitana variis portentis prænunciatur.

Festo Azymorum, qui fuit octavus dies Aprilis, noctu circum aram & templum tantum lumen effulsit per mediam horam, ut clarissimus dies videretur. Eodem die festo bos cum duceretur immolandus, in templi medio agnum peperit. Orientalis porta aenea interioris templi, quæ à viginti viris claudi solet, visa est noctis hora sextâ spontè aperiri. Post dies autem festos 21. mensis Maij ante solis occasum visi sunt per caelum ferri currus, & armata acies concurrere, & ipso die Pentecostes sacerdotes noctu templum intimum ad res divinas celebrandas ingressi, post ingentem strepitum vocem audierunt terrificam ingromus hinc. ita Josephus. Ju



Judæi deficiunt à Romanis, Christiani autem Hierosolymis morantes divinâ visione præmoniti urbe excedunt.

✥ 69. ✥ Petrus & Paulus Apostolorum Principes carcere diu detenti gloriosum Martyrium subiêrunt. S. Petrus inverso corpore cruci affixus in summitate montis Janiculi, dicitur tamen passus in Vaticano, quia duo isti montes ita conjuncti, atque confusi sunt, ut meruerint etiam nomina confundi. S. Paulus gladio peremptus est.

*Martyrium S. Pauli duplex miraculum illustravit. Primò non tantum sanguis, sed etiam lacis fluente è sectis venis largiter eruperunt. Secundò ex capitis abscissi saltu triplici tres emicuisse dulcis aquæ fonticuli, unde loco inditum est nomen trium fontium.*

S. PETRO in Pontificatu successit Linus.

S. Andreas frater germanus Petri passus est in Achaia post Martyrium Petri, quoto autem anno, certi nihil habetur.

Zelotæ Hierosolymis in templum veluti munitissimum contra cives castrum se recipientes Phannum quendam virum rusticum, Pontificem eligunt & Anano opponunt urbemque mirum in modum exagitant.

✥ 70. ✥ Nero humani sanguinis helluo crudelis manus sibi violentas infert, &



ægrè moriens à suo demum liberto Ep  
phrodito conficitur : Cui in Imperio  
vius Sulpitius Galba successit, à militibus  
quibus præerat in Hispania Imperator  
clamatus.



DECAS VIII.

✿ Ab anno 70. ad annum 80. ✿

71. **U**No eodemque anno Galba imp  
 ✱ **U**rat, & à militibus occiditur :  
 Otto succedit, sed mox seipsum interficit  
 Imperium relinquens Vitellio homini cru  
 deli simul & ignavo, qui ideo à suis spretus  
 & sævissimè trucidatus est, Vespasiano Im  
 peratore acclamato.

*Adscribuntur à nonnullis historicis Vespasiano miracula quedam ; sed illa Apollonii Tyani Magi operâ & arte potius facta, quàm eminentiore virtute patrata credimus. Certum præterea est, consuevisse gentiles in æmulatione verorum miraculorum, quæ à Christianis quotidie fieri cernebant, in Numinum suorum gratiam sepe miracula fingere.*

\*(72.)\* Titus filius Vespasiani obside  
Hierosolymam, & funestissimis cladibus  
expugnat.

Josephus narrat captivorum omnium, qui toto bello comprehensi sunt, fuisse nonaginta & septem millia, mortuorum vero tam ferro, quam fame &



peste, per totum tempus obsidionis, undecies centena millia. Fuerunt autem intra urbem tempore Paschatis, quando obsessione arctari cœperunt collecti ex tota Judæa super vicies centena & septingenta millia, iis tantum numeratis quibus solis licebat vesci azymis, quæ multis necessitate naturæ vel alia ex causa impuris, comedere non licebat. Qui in vivis remanserunt Judæi, vel triumpho ducti, vel ad opera servilia tracti, venditi vel ad certandum cum bestiis in publicis theatris servati sunt. Et sic demum exciso populo concidit civitas sancta, ut nec lapis maneret super lapidem.

✽(73.)✽ Titus de Judæis Romæ triumphat, & Vespasianus post triumphum de Judæis exhibitum, Jano clauso, pace ubiq; terrarum compositâ, templum Pacis construere aggreditur. Cæsarea, olim turris Stratonis dicta, excisâ Hierosolymâ fit Metropolis Palæstinæ.

Judæi pertinaciter renuunt Imperatorem Vespasianum Dominum appellare, ideo mandato Imperatorio templum Judæorum, quod ONION appellabatur, funditus evertitur, & insuper passim inquitur in familiam Davidis & si quis ex eo genere deprehendebatur, protinus è medio tollebatur: Quæ persecutio iterum magnam stragem Judæis intulit.



✱(74.)✱ Sectæ Judæorum, quarum se-  
ptem præcipuæ erant paulatim extinctæ.  
Erant autem sectæ sive hæreses, Galilæo-  
rum, Sadducæorum, Scribarum, Phariseo-  
rum, Hemenio baptistarum, Nazaræorum,  
Offenorum & Herodianorum.

Ebion hæresiarcha, quicquid ex omni  
secta Judæorum turpe fuit, & impium  
suas hæreses conflare cœpit. Quod pro-  
digium impietatis adeo S. Joannes aver-  
sus est, ut cum aliquando Cerinthus & E-  
bion in balneo simul essent, quò Joannes  
quoque veniebat, hic circumstantibus di-  
xisse feratur, festinemus hinc egredi, ne  
cadat balneum, & pereamus cum Ebione  
propter ipsius impietatem.

#### HÆRESIS EBIONIS.

*J*udaismum instauravit, aut novum conflavit  
ex sectis diversis.

*JESUM* Christum, ac Spiritum S. in cal-  
creatos esse commentus est.

Negavit & oppugnavit integritatem Beatissi-  
mæ Virginis. Conjugij ineundi necessitatem om-  
nibus imposuit.

Quicquid libèret cuique faciendi, & belluinis  
cupiditatibus obtemperandi facultatem esse asse-  
veravit.

Scripturas antiquas depravavit, & novi te-  
stamenti Evangelia rejecit, præter Evangelium  
Matthæi, quòd impiè mutilavit.

S. Mar.



**S. Martialis** Episcopus Lemovicensis Galliarum Apostolus dictus baculo S. Petri mortuum suscitavit. Baculus iste dicitur hodie dum Burdegala magna veneratione asservari.

✠(55.)✠ **Martyrium Apollinaris** Episcopi Ravennensis.

Expelluntur Romam Philosophi magno Christianorum bono, utpote a quibus plurimum affligebantur.

Famosissimi fuerunt *Apollonius Tyaneus, Demetrius Cynicus, Dion Chrysostomus, Musonius Babylonius, Epictetus Stoicus, Diogenes Junior, & Proteus* quidam egregius deceptor Christianorum & flagitiosissimus in impuris amoribus puerorum. Qui tandem ut immortalem sibi gloriam apud posteros pararet, in Olympiis solenni pompa dedit se incendio comburendum.

✠(76. 77. 78. 79.)✠ **Templum pacis** Romae conflagravit, in quo præter ornamenta toto orbe conquesta, etiam illa, quæ templo Hierosolymitano sublata erant, conservabantur.

✠(80.)✠ **Linus** Martyrio afficitur sub Vespasiano, cui Cletus subrogatus est.



DE-





## DECAS IX.

✽ Ab anno 80. ad annum 90. ✽

81. **V**Espasianus profluvio ventris moritur, & Titus filius imperat.

Mons Vesuvius in Campania exardescens totas urbes & regiones exurit. Incendium hoc secuta gravissima lues, quâ multi mortalium sunt elati.

✽(82.&83.)✽ Roma eruptione Vesuvii satis afflicta, iterum incendio cœlitus immisso tribus diebus & totidem noctibus magna ex parte conflagravit.

Titus Imperator dictus ob mansuetudinem **AMOR ET DELICIÆ GENERIS HUMANI** veneno per Domitianum fratrem porrecto mortem oppetiit.

Domitianus in Imperio Tito succedit & gravissimis poenis adulterium & pudicitiam, præsertim à nobilibus sceminis violentam plectit.

✽(84.&85.)✽ Domitianus edicto proscribit Philosophos, qui hoc ipso sæculo, quo Apostoli peragrârunt orbem ad imbuendos populos Christianâ religione, ipsi quoq; provincias obiverunt, eo prætextu, ut mores labefactatos corrigerent, ita tamen; ut in superstitionibus avitis homines con-



continerent, itaque rei Christianæ maximè obstiterunt.


✠(86.&87.)✠ Christiani summo odio apud Gentiles sunt, ut scribat Tertullianus, gentiles Christianum hominem omnium scelerum reum, Deorum, Imperatorum, legum, morum & totius naturæ inimicum existimasse. ideoque ceu publicos hostes habitos & omnium causam malorum, ita ut si Tiberis ascenderet, si Nilus non effunderet se in arva, si terra moveretur, si fames, si lues, statim Christiani peterentur.

✠(88.89.90.)✠ Domitianus eo verianæ venit, ut se Deum & Dominum, imò Deæ Virginis, nimirum Palladis filium appellari voluerit.

*Susplicari prudenter possumus ideo filium Virginis appellari voluisse, quòd Josephus Judæus ejus lateri continuo inhaerens suggererit Domitiano adulatoriè illud ex oraculis prophetarum, fore ut rex in perpetuum regnaturus esset filius Virginis, unde etiam spe regni perpetui inquire jussit in Judæos superstites de genere David, quod Vespasianus eodem Josepho adlatore persuasus regni sui non fore finem, similiter indagari præcepit.*

DE-





## DECAS X.

✱ Ab anno 90. ad annum 100. ✱

91. **A** Pollonius rei Christianæ fortis  
✱ morareus agitur apud Domitianum  
quod vaticinandi causâ de Nervæ futurum  
imperio puerum occidisset, sed consuetudine  
suis præstigiis usus liber evasit, & Ephesum  
ad socios Philosophos reversus, veram reli-  
gionem iterum omnibus modis impedivi-

✱(92.)✱ S. Joannes Evangelista Ro-  
mam Martyrio nobilitat, ex ferventi oleo  
illæsus exiens, unde in Pathmos insulam  
relegatur.

✱(93.)✱ CLETUS Pontifex Romanus  
Martyrium subit

Succedit Clemens.

Domitianus insano furore persequitur  
Christianos.

✱(94.)✱ Agilius Glabrio ex-Consul pro  
fide certat, & leoni objectus, ab ipsa forte  
ter, & illæsus triumphat.

Cornelia Virgo Vestalium maxima, in  
cesti damnata, & inaudita, viva sub terrâ  
defoditur.

✱(95. 96. 97.)✱ D. Joannes Evan-  
gelista anno 97. scribit Apocalipsim.

Cerinthus S. Joanni se opponit.

HÆRE



## HÆRESIS CERINTHI.

*S. Iræneus ait, eum negasse à Deo factum esse mundum, sed à virtute quadam separata, ab ea Principitate distante.*

*JESUM non esse natum ut cæteros homines, sed descendisse in eum Christum post Baptismum in figurâ Columbæ. Christum tempore passionis recessisse à JESU, & sic JESUM tantum passum esse & surrexisse, Christum verò immortalem perseverasse.*

*Tertullianus asserit, Cerinthum fabulatum esse, quod Deus Hebræorum non Dominus sed Angelus fuerit.*

✱(98.)✱ *Notarii instituti ad martyrum gesta describenda. Domitianus occiditur à Stephano Clementis Consulis liberto, & Flaviæ Domitillæ procuratore, qui simulans se de conjurationis indicio illi offerre libellum, è brachio, quod ad collum appensum, fractam manum fingens, gestabat, gladium exerens Domitianum confodit, moxque in odium occisi tyranni omnes aureæ & æreæ statuæ illius conflatæ, & arcus triumphales everfi. Ipsam necem, dum fieret, Apollonius Tyanæus Ephesi tunc existens, & ad populum concionatus, vidit (Diabolo id exhibente) & in media oratione exclamavit; Percute Tyrannum, Percute: tanquam rem coram se agi intueretur.*

Sue-



44 *Ab ortu Christi usq; ad annum 100.*

Succedit in Imperio Cocceius Nerva, sub quo Joannes Evangelista ex Pathmo Ephesum revertitur.

✱(99.)✱ Joannes scribit Evangelium, itemque Epistolas, Trajanus adoptatur Nerva.

✱(100.)✱ Trajanus resuscitat persecutionem, prohibitis sodalitiis: quo titulo in Christianos passim sævitum est.

S. Clemens Papa Romanus relegatur in Tauricam, & Chersonam perductus, cum plures ibi Christianos eadem poenâ multatos reperisset, illud solatii eis præstitit, ut cum maximo labore humeris aquam longinquo adferre cogerentur, è terra in loco divinitus agni signo demonstrato, fontem precibus exciverit, quo miraculo plurimi ex accolis ad Christum conversi sunt.



SÆCUL.





# SÆCULUM SECUNDUM,

Continens res memorabiles  
in Ecclesia gestas,  
Ab anno 100. ad annum 200.

## DECAS I.

✠ Ab anno 100. ad 110. ✠

101. ✠ **S** Sanctus Joannes Apostolus Ephesi diem obit.

*Errant, qui putant, eum mortuum non esse, sed superstitem adhuc vivere, ut cum Elia & Enoch veniat ad secundum adventum Domini. Insuper fabulantur, qui dicunt, eundem intra sepulchrum adhuc vivere, in argumentum assumentes, quod illic terra quasi ebullire & moveri videatur, idque ejus continuo anhelitu fieri.*

✠(102.)✠ S. Clemens in exilio Chersonesi Martyrio coronatur.

*Defuncti corpus cum à Christianis quæreretur illis ad littus orantibus, mare ad tria milliaria recedens, iter eis præbuit ad ædiculam marmoream in templi formam constructam, in qua corpus*

*pus*

ECU



pus martyris intra lapideam arcam conditus  
invenirent, & juxta illud anchoram, quâ mergi  
fuerat. Quod miraculum postea per longum tem-  
pus annuè repetitum est, præbente mari iter  
septem dies populis ad sepulchrum martyris ac-  
cedentibus.

✠(103.)✠ S. Clementi in Pontificatu  
successit Anacletus.

Trajanus Imperator vincit Decebalu  
ferocissimum Regem Dacorum; unde  
Dacicus appellari voluit in memoriam  
signis victoriæ.

In hoc prælio memorabile accidit, ut cum  
neribus militum sauciorum ligamenta deessent  
Trajanus suam propriam vestem in lacinias co-  
cissam distribuerit.

✠(104.)✠ C. Plinio honorarium con-  
sulatum administrante visa est nonnihil  
quiescere persecutio Christianorum, per  
suaserat enim Plinius Trajano, si Christi-  
anis poenitentiae locus & tempus daretur  
fore ut brevi religio Christi extingueretur.  
Sed spe vanâ decepit seipsum: immensum  
enim incrementis religio Christi propa-  
gata est.

✠(105.)✠ Elxai sive Helxeus pseudo-  
propheta sceleratissimus ex Judæis oriun-  
dus errores & hæreses seminat.

HÆRESIS



## HÆRESIS ELXAI.

**V**irginitatem impugnavit, & homines ad conjugia adegit.

Afferuit peccatum non esse in persecutione. **f**idem abjurare, si modò corde retineretur.

Prohibuit orare facie ad orientem conversâ, sed dixit ex omni parte mundi faciem Hierosolymam versus inter orandum vertendam esse.

Christum creaturam tantum esse blasphemavit, quæ primò apparuerit in Adamo, ac postmodum visa fuerit in Christo: & hanc creaturam describebat insanus, esse virtutem quandam habentem mensuras milliariorum nonaginta sex in longitudinem, quatuor autem & viginti in latitudinem. Crassitudinem similiter emetiens.

Sororem Christi dixit esse Spiritum S. sexu fœmineo instar statuae super nubes & in medio duorum montium stantem.

Præscripsit suis septem testes iurandi, nimirum salem, aquam, terram, panem, cælum, æthera & ventum. Hæc & similia fabulamenta instillavit sectatoribus suis, & universam sacram Scripturam contempsit, suorum autem verborum (tanquam cælo delapsa essent) interpretationem prohibuit.

✠(106.)✠ Anacletus Romæ erigit super corpus S. Petri & Pauli in vaticano memoriam sive Ecclesiam & trophæa Apostolorum appellat, quæ postmodum nec in dirissimis persecutionibus prostrata sunt. Eodem



Eodem anno Trajanus erigit Columnam  
suo nomini dicatam & gestis incisam, quod  
nihil magnificentius Roma vidit.

✠(107.&108.)✠ Trajanus lustrans exercitum suum, in eo undecim millia Christianorum reperit, quos omnes in Germania exulare jubet.

✠(109.)✠ Incipit tertia Persecutio Christianorum. Martyrium subit S. Simeon Episcopus Hierosolymitanus, 120. anno natus, & S. Ignatius vinculus Romam mittitur.

*Collige immensum planè numerum fuisse Martyrum, qui Romæ passi sunt, cum non tantum qui illic agerent, quorum erat ingens multitudo sed ex aliis etiam Provinciis eò missi interficerentur. Præsides enim ac Proconsules ita advertiebant in Christianos, ut quotquot inveniissent Cives Romanos, cum in eos jus gladii haberent, Romam ablegarent.*

Ad hunc annum Baronius refert Martyrium Dionysij Areopagitæ Episcopi Parisiensis anno ætatis suæ Centesimo & ad minimum decimo.

✠(110.)✠ S. Ignatius Episcopus Antiochenus Romæ Leonum dentibus in theatro dilaniatus Martyriū consummavit.

Onesimus quoq; Pauli discipulus & Episcopus Ephesiorum aliq; innumeri propius Christiani Martyrio affecti sunt.



DECAS II.

ns ex ✠ III. & **M**artyrio coronatur Anacle-  
a Chr II 2. ✠ **M**itus, in ejus locum Pontifex  
Germa creatus est Evaristus.

Evaristus Romæ instituit titulos ;  
 Per titulos intelliguntur domus fidelium di-  
 vino cultui mancipatæ, in quibus Christiani Sy-  
 naxes agere consueverant, quas nos Ecclesias  
 dicimus.

✱(113.114.115.)✱ Atrociter per om-  
nes Imperii Provincias fœvit persecutio in  
Christianos.

Trajanus viribus & fortunâ deficit, ultore Deo crudelitatem castigante.

✱(116.& 117.)✱ Judæi duce quodam  
Andreas Rebellant contra Romanos.

Tantus rebellium furor erat, ut sine discrimi-  
ne Romanos æquè ac Græcos obtruncârint, eo-  
rumque carne & sanguine vesci cæperint, imò  
etiam ut Dio memorat, intestinis stillante adhuc  
sanguine seipsos cingentes ac pellibus obvolven-  
tes, multos per medium usque ad verticem secue-  
runt, plurimos Bestiis dilaniandos objecerint, ali-  
os inter se, digladiari coëgerint. Eo usque furor  
deserviit, ut tantummodo apud Cyrenem ducenta  
& amplius hominum millia eo Judæorum furore  
interierint, totâ Cypro atque Ægypto vastatis  
& conturbatis.



Trajanus missis exercitibus furorem  
dæorum coërcet, & propè infinita eoru  
millia è medio tollit, & penitus delet.

✽(118.)✽ Trajanus jubet à persecuti  
ne cessare, quia Tiberianus, (qui prin  
Palæstinorum genti præerat) significat  
tyranno, se parem non esse Occident  
Christianis, qui supplicia ultro appetere

Emergit error Millenariorum, aucto  
Papia Episcopo Hieropolitano, viro ma  
ni nominis.

*Hic Papias ex eo, quòd in Apocalypsi di  
Joannes, fideles regnatueros mille annis, id de  
gno terreno interpretatus est, post resurrectione  
mortuorum ad illum annorum numerum in  
ris stabiliendo.*

✽(119.)✽ Trajanus moritur & ciner  
ejus Romam vehuntur, ibique sub ejus  
lumina reconduntur: fuit post mortem  
tæ apud Romanos æstimationis, ut in  
natu non aliud Principibus acclamaret  
quàm FELICIOR AUGUSTO, melior Trajan

*Quod quidam spargunt, animam Trajani  
cibus S. Gregorij ex inferno liberatam esse, m  
lam fidem meretur, sed pro simplici comm  
habendum est.*

Traiano in Imperio successit Hadrian

✽(120.)✽ Incipit quarta Persecu  
Christianorum sub Hadriano - Hæc pat



Ab anno 100. & 200.

est Eustachius, cum uxore Theopista, ac  
duobus liberis Theopisto, & Agapito, qui  
omnes in bovem æneum candentem inclu-  
si Phalaridis crudelitatem à Trajano ex-  
perti Martyrio coronati sunt.  
Basilides seminat hæreses.

### HÆRESIS BASILIDIS.

**B**asilides Saturnini itidem hæretici sub Simo-  
nianis Magistris, condiscipulus, voluptatum  
Carnalium illecebris sectatores suos inescavit.

Pythagoræorum more per quinquennium si-  
lentium suis præcepit. Non JESUM Christum,  
sed Simonem Cyrenæum Cruci affixum esse præ-  
dicavit, Christum autem in forma Simonis as-  
sumpta Cruci adstitisse, & Crucifixores irrisisse.  
Resurrectionem quoque negavit.

Docuit in persecutione fidem negandam &  
Edolothyta comedenda esse.

Alte suis imprimere solitus illud (postea Ma-  
chiavelli monitum) tu omnes cognoscas, te  
autem nemo cognoscat. ideo sua patefa-  
cere mysteria prohibuit, & alios homines præ-  
ter se & suos, canes, ac porcos esse dicebat. Ad-  
dit Irenæus Basilidianos uti solitos admirabilibus  
imaginibus, incantationibus, & invocationi-  
bus & amuletis superstitiosis, in quibus variâ  
dispositione & formâ litteræ erant exarata, con-  
tra morbos diversos & Barbara nomina signata.

Commentus est animas prius peccasse in alte-



ra vita, Sin hac vita in corpore conclusa  
suppliciū: Thac quidem de insana hæresi Basil  
Seminârunt etiam suas hærefes Sat  
ninus, Carpocras.

### HÆRESIS SATURNINI.

**D**Eum Patrem dixit esse Creatorem, ita tan  
ut mundum creaverint septem Angeli.

Hominem appellavit facturam Angelorum.

Duo hominum genera esse ab Angelis facta  
alterum bonum, & alterum nequam genui  
torum.

Nubere & generare esse à Satana.

Ab animatis Saturniniani abstinerunt,  
virtutis specie plures seducerent.

Eodem tempore apparuit Carpo  
fax omnis impietatis & incontinentiæ.

### HÆRESIS CARPOCRATIS.

**R**edemptorem asseruit ex Iosepho natum,  
se suosque et similes esse, & ex his nomi  
los eo fortiores gloriabatur: se demones allig  
tos habere, & mirâ arte sibi subiectos.

Negavit Resurrectionem.

Delicta qualibet non tantum non prohiberi  
sed etiam omnibus imperari dixit, usque adeo  
perpetuâ animarum transmigratione plerum  
essent, qui non secundum suas libidines opera  
rentur. Et quidem in hac tantâ doctrina  
scenitate Gnostici appellari voluerunt Carpocras  
& sectatores, quasi ceteris hominibus rerum



vinarum cognitione præstantiores essent. Turpitudines nefandas Carpocratianorum pudet vtercundo lectori chartâ exponere.

## HÆRESIS PRODICI ADAMITÆ.

EX Carpocratis nefanda illuvie prodijt Prodicus auctor Adamitarum, quibus nonnisi nudis in suis ecclesiis (rectius lupanaribus) commorari licebat, quas ideo paradisum appellabant. Mystera sue sectæ in turpissimis quibusque rebus constituebant. Quatuor elementa, atque solem & lunam pro Diis habebant, liberos se & nullâ lege teneri affirmabant, & nec ad orandum teneri. Hi quoque Gnosticos se se vocabant.

Fuerunt autem Gnosticorum variae classæ Borboriani, Stratiotici, Philionitæ, Socratitæ, Zachæani, Barbelitæ, Naasiani. Omnes hi prædicabant communitatem uxorum, & cum natura adeò immane bellum gesserunt, ut in suo plusquam ferino congressu generationem averfarentur & vetarent, & si deprehendissent quandam fœminam, quæ fœtum gestaret, illum ex alvo extraxerunt, & pilâ contundebant, admixtoq; ad cavendam nauseam pipere, melle alijsq; aromatibus simul omnes barbarum hoc contusi infantis convivium participabant, hoc suum pascha esse ajebant, Hæc & similia fœdiora adhuc Gnostici, pallio revelationis à Christo factæ, omnem nequitiam suam contegentes.





## DECAS III.

✱ Ab anno 120. ad 130. ✱

121. **E**Varistus Papa moritur, cui Alexander succedit. Judæi iterum bellantes domiti.

✱ (122. 123.) ✱ Hadrianus Imperator passim furit in Christianos. Sed sanguis Martyrum fit ubiq; semen Christianorum.

✱ (124. 125. 126. 127. 128.) ✱ Furente persecutione ubiq; locorum totæ etiam urbes ad mortem pro Christo se se offerunt.

Aristides Atheniensis Philosophus Christianus Hadriano provincias lustranti librum Apologeticum pro Christianis offerit, quo perlecto Hadrianus placatur, & mitiorem se exhibet. Idem fecit Quadrantus discipulus Apostolorum & Athenarum Episcopus, qui pro Christianis coram Imperatore orationem habuit, & plurimam ferociam ejus ciecuravit. Haud minus Imperatorem impulit Proconsul Asiæ, qui cum cerneret multos innocentissimos homines neci tradi clamoribus tantum vulgus delatos, nec de Christianis legitima judicicia exerceri, id litteris datis significavit, quibus commotus Hadrianus rescripsit.

Christi



*Ab anno 100 ad 200.*

55

Christianos sine objectu criminis non esse  
condemnandos.

✽(129. 130.)✽ Iterum Judæi rebelles  
animos & arma sumpserunt sub Duce  
Barchochebas cruento ac nefario præ-  
done.

*Causa rebellionis fuit, quod Hadrianus Hie-  
rosolymam eversam rursus habitari jusserit, in-  
dito novo nomine Æliæ Capitolinæ, ac Jovi ex  
adverso templi edem excitasset. Propterea  
conspirarunt iterum, atque motu suo universum  
fere orbem terrarum concusserunt. Rufus au-  
tem Præfectus Judææ auxiliariis ab Imperatore  
copiis acceptis plurima millia Judæorum iterum  
concidit. Barchochebas, sub quo Judæi mili-  
tabant, hostis erat Christianorum insensissimus,  
& quotquot contra Romanos arma ferre, aut  
Christum negare recusabant, interemit. Factita-  
bat se illum esse, de quo scriptum legeretur in  
Propheticis! Orietur stella ex Jacob.*



## DECAS IV.

✽ *Ab anno 130. ad 140.* ✽

131. **A**lexander Papa aquæ benedictæ  
✽ usum decreto sancit, qui alias  
jam pridem introductus erat. Jubet etiam  
modicum aquæ vino consecrando adhibe-

C 4

ri, &



ri, & addit in Canone; qui pridie quàm pateretur: Cùm utrumque ante hæc tempus in missæ Sacrificio, tantum pro libitu, adhibitum esset.

Hadrianus Romæ templum Veneris extruxit.

*Appollodorus Architectus, quia is in tempore hujus structura aliquot vitia notavit, occidijus est. Ideo Favorinus cautior factus alieno damno, cùm aliâ vice reprehenderetur ab Hadriano, ob verbum aliquod minus scitè ac doctè prolatum, statim acquievit, prætendens illi doctiorem se esse, qui ad manum triginta legionum haberet.*

✽(132.)✽ Alexander Papa plurimum tormentis pro fide toleratis, demum pueri turis confossus occiditur, cum eo passi ad huc plures alij.

Succedit in Pontificatu Sixtus.

✽(133.)✽ Perdit hoc anno Hadrianus suum Antinum, puerum pulcherrimum, quem in deliciis habuit supra modum.

*An ceciderit in Nilum, cùm per eum navigaret, an verò fuerit immolatus ad extispicinam, ut putat Dio, in dubio relinquitur. Certum est Hadrianum muliebriter illum deflevisse, & civitatem Antinonem illius memoriæ edificasse; & solenni consecratione inter Deos retulisse, quod*



cum riderent Christiani Alexandrini ceterique  
Egyptij, severe ab Hadriano habiti sunt.

✽(134. 135.)✽ Editum est edictum  
Salvianum à Salvio Juliano, quo statutum  
est, debere omnes civitates Romanæ urbis  
consuetudines sequi, ac leges, neglectis  
propriis quarumcunque urbium statutis,  
cujus occasione plurimum exagitati sunt  
Christiani, quia amplecti noluere leges suæ  
religioni adversantes.

Hoc anno à Julio Severo Hadriani præ-  
stantissimo duce Judæi rebellantes penitus  
oppressi millibus quinquaginta cæsis, &  
arcibus quinquaginta celeberrimis dirutis:  
vicis nongentis & octoginta quinque no-  
minatissimis direptis & exustis, totaque  
ferè Judæa desolatâ.

Hanc cladem illis denunciavit sepulchrum  
Salomonis, quod ante bellum hoc corruit & lupi  
ac Hyenæ passim per eum horrifico ululatu gras-  
santes.

✽(136.)✽ Hadrianus in ignominiam  
Judæorum Eliæ urbis portis suas insculp-  
sit, & æquè in ignominiam Christi in Gol-  
gotha simulachrum Veneris, in Anastasi  
imaginem Jovis collocavit, & in Bethleem  
fanum Adonidis, quæ omnia ad tempora  
Constantini usque perdurârunt. Judæis  
prohibitum vel pedem tantum in agrum



Hierosolymitanum inferre, vel à longè  
tueri. Et Hierosolyma urbs **Ælia** dicta

Circa hæc tempora jejunium quadragi-  
simale Apostolicâ traditione susceptu  
decreto edito præscriptum est, de quo  
men variant Historici Græci, & Latini,  
id factum à Telephoro, utrum à Sixto.

✠(137.)✠ Aquila Ponticus Christi-  
anus factus cùm abstinere non vellet à  
perstitiosa astrologia judiciaria, & ideo  
doctoribus fidei redargueretur, expul-  
sus est ab Ecclesia, & abnegato Christianismo  
circumcissus est & factus Judæus, & scriptu-  
ram sacram malo animo in Græcum tra-  
tulit, impiè & invidiosè irruens sæpe  
septuaginta duorum interpretationem,  
testimonia de Christo corrumpere.

✠(138.)✠ Hadrianus Imperator lu-  
stratis provinciis Romam redit, & inqu-  
rit denuò severè in Christianos, quos inte-  
etiam Symphorosa cum septem filiis Mar-  
tyrio affecta. Cœperunt Christiani à mu-  
tis Gentilibus ignominia causâ dici *Ba-*  
*thanati* à Græco *βία* Vis, & *θάνατος* Mon-  
quod violentæ mortis sententiæ obnox-  
essent.

✠(139.)✠ Hadrianus profluvio san-  
guinis correptus in villa Tiburtina, acce-  
dente lentâ tabe, ac demum hydropisi da-  
pena



poenas crudelitatis, adeò ut vitæ suæ per-  
tæsus mori desideraret, peteretque à va-  
riis ut mors sibi vel gladio, aut veneno ac-  
celeraretur.

*Quidam & præcipue Antoninus filius ejus ad-  
optivus & hæres Imperij, ut spem desideriumque  
longioris vite Hadriano faceret induxerunt mu-  
lterem, & virum qui ambo fingentes cæcitatem  
accederent ad infirmum Hadrianum, dicerentq;  
se in somnis monitos significare Hadriano, quod  
esset sanitatem recuperaturus, quemadmodum &  
ipsi cum hoc renunciassent, & corpus ejus teti-  
gissent, visum recepturi essent: quod cum factum  
esset (per simulationem scilicet tum fœminæ tum  
viri valde astutam & mimicam) Hadrianus spe  
vanâ distentus, in alterum usque annum inter  
dolores vitam prorogavit. Unde Antoninus  
Pius cognominatus est, quod tamdiu Hadrianum  
vivere coëgerit, cum etiam filij non rarò soleant  
parentibus optare vel accelerare mortem, ut  
summâ rerum potiantur.*

❖(140.)❖ Hadrianus moritur & Antoninus Pius Imperium capeffit.



obno  
DECAS V.

Ab anno 140. ad 150.

141. **F**austina Augusta conjunx Antonini  
 ✱ defuncta in numerum Deorum re-  
 C 6 lata.



lata. Gentiles autem cernentes singulis  
ferè annis novos Deos fieri, eosdemque  
nequissimos homines, magno numero  
Christianæ religioni accesserunt.

Sixtus Martyrio afficitur, & Telespho-  
rus in Pontificatu succedit.

Antoninus prohibet sub pæna mortis le-  
gionem sibyllinorum carminum, quod in-  
tellexisset, multa in illis de Christo prædi-  
cta esse, sed tantò plures relicta supersti-  
tionem illam indignè ferentes Christo  
accesserunt.

✠ 142. ✠ Justinus Martyr librum apologeti-  
cum pro Catholicis Antonino porrigit,  
cum emolumento insigni Christianorum.

✠ (143. 144. 145.) ✠ Emergunt hi  
temporibus hæretici plures pestes Chri-  
stianitatis, Valentiniani. Ophitæ. Caje-  
ni, Sethiani.

#### HÆRESIS VALENTINIANA.

*V*alentinus, quod se Spe Episcopatus frustra-  
tum cerneret, in odium Ecclesiæ docuit.  
Christum per Deiparam Virginem transisse  
per rimam aut Canalem, humanâ carne minime  
assumptâ.

Peccatum non libero arbitrio sed naturæ mun-  
di aut Diabolo adscripsit.

Suasit sectatoribus non Corpus aliquando, sed  
tantum animam salvandam esse.

Ex Pythagoræ & Platonis Schola multa supersti-  
tiosa.



hōsa docuit de profundo, de Silentio, de Chao,  
de seculis, de numeris &c.

### HÆRESIS OPHITARUM.

**I**nxit Euphrates auctor Ophitarum cum septuaginta annis, qui Adamum decepit, verum Christum esse, in quem mutatam putabat sapientiam, ut agnitionem sui praberet hominibus. Eorum Sacerdotes magi erant:

### HÆRESIS CAJANORUM SEU CAINITARUM.

**G**ermen hoc Gnosticorum dicebant se Cainis Patre sutos. turpissimos quoque homines sanctos appellabant. Sodomitas, Core, Datam, Abiron venerabantur ut sanctos, & his omnibus præponebant Judam proditorem, quod ille, veritatis eversorem Christum prodidisset: neminem salvum dicebant, qui non omnia peccata consummasset.

### HÆRESIS SETHIANORUM.

**S**ethiani ex eodem Luto Valentiniano orti, adorabant Seth, filium Adæ, & Christum illum ac Salvatorem esse prædicabant; sinxerunt etiam filium alicujus VIRTUTIS MAGNÆ, quæ eum Abelis loco peperisset; induxisse illam VIRTUTEM MAGNAM Sethi matrem diluvium, ut permutationem Angelorum & hominum tolleretur. sed Caini semen in arcam inductum esse, sicque malos permixtos esse bonis, & alias ejusdem insanie nugæ excogitarunt, quas mirum est, potuisse



tuisse homini venire in mentem, & fidem apud  
audientes invenire.

✠ (146.) ✠ Marcion disseminat suam  
hæresin. Ponticus hic fuit ex Sinope, filius  
hujus urbis, & secta Stoicæ Philosophiæ.  
Cum autem Virginem, ipse virginitatem  
professus violasset, expulsus est ab Ecclesia  
per suum Patrem, & Cerdoni hæresiarchæ  
se conjunxit, sed statim fieri volens supra  
impium magistrum, magis impius discipu-  
lus, hæresin suam procudit & sparsit.

#### HÆRESIS MARCIONIS.

**D**Uos Deos statuit, carnis Resurrectionem ne-  
gavit, \* & legem & Prophetas despiciebat \* no-  
vum testamentum à veteri alienum sentiebat &  
Scripturas mutilabat. \* Illicitum matrimonium  
asserbat & conjugatos excludebat cælo. \* Bi-  
ac ter baptizabat. \* Abelem, Enoch, Noë &  
Abraham aliosq; sanctos à Christo JESU descen-  
dente ad Inferos inde liberatos esse negabat, eo  
quod in Christum credere noluerint. E contra-  
rio Cain, Sodomitas, Ægyptios aliosque impios  
salvos & in Dei regnumeductos esse. \* Ciborum  
delectum invehabat in ejus odium, qui eos  
creasset.

#### HÆRESIS CERDONIS.

**I**nficiabatur Corporum resurrectionem, & cum  
esset discipulus Heracleonis, duos Deos mala-  
rum & bonarum creaturarum prædicabat, \*  
qua-



quatuor Evangelia repudiabat, aliquas ex Epistolis S. Pauli admittebat, de cætero in eadem cum reliquis cloaca mergebatur.

Fuit & alia hæresis Apellitarum, quæ circa hæc tempora turpitudinem suam revelavit.

### HÆRESIS APELLIS ET APELLITARUM.

**J**ESUM Christum aiebat non accepisse à sua matre carnem, sed ex elementis, eamque in resurrectione mundo reddidisse, imò absque carne resurrexisse, & in cælum ascendisse. \* Prophetas dicebat contrario Spiritu agitados fuisse, sibi-que contradixisse \* Se ex suggestionem cujusdam Energumene Philumene infallibilem esse jactabat. In cæteris fuit cum aliis Gnosticis ejusdem hære.

\*(147. 148. 149.)\* Sub quiete Imperatoris Antonini magnis incrementis Ecclesia proficit, maxime in Gallia & Germania.

\*(150.)\* S. Justinus pro Christianis alteram nunc scribit Apologiam, eandemque non tantum Imperatori, sed etiam filiis ejus adoptivis Marco & Lucæ, totique Senatui, ac populo Romano offert.

DE-





## DECAS VI.

✱ Ab anno 150. ad 160. ✱

✱ 151. **N**on cessant scire in Christianis  
nos variarum Provinciarum  
Præsides.

✱ (152. 153.) ✱ Plurimum tamen proficit res Christiana, maxime in Galliis. Statuit Telesphorus, ut in Natali Domini tres Missæ celebrarentur. Item ut ante Sacrificium Missæ diceretur Hymnus Angelicus *Gloria in excelsis*.

✱ (154.) ✱ Telesphorus Martyrio coronatur, cui in Pontificatu succedit Hyginus.

Multa Romanis molesta acciderunt ✱ scilicet viit atrox fames per orbem ✱ concidit circulus Romæ. ✱ Terræ motibus civitates variae afflictæ ✱ Romæ incendium 340. domos assumpsit ✱ intumuit supra modum Tiberis. ✱ Crinitus cometa arsit in cælo. his Imperator perterritus decretum ad Præsides emisit, & persecutionem Christianorum inhibuit.

✱ (155. 156. 157.) ✱ Valentinus hæresiaracha & Cerdo plurimum vexant Ecclesiam, irridentes eos Christianos, qui sanguinem profunderent pro Christo, qui pro homi-



*Ab anno 100. ad 200.*

65

hominibus crederetur suum dedisse, hi duo hæretici Valentinus & Cerdo quasi duo aspides sibi invicem virus dedere, mutuos accipientes & retribuentes suos errores. Sæpè etiam sub larvâ pœnitentiæ ad Ecclesiæ communionem recepti, depositâ larvâ, ad vomitum rediêre.

*Attribuet prudens & æquus censor hoc speciali triumpho & honori veræ Ecclesiæ Romano-Catholicæ, quòd etiam cariosi hæresiarchæ fidei verè Palinodiam recantaturi, id sibi potissimum apud Sedem Romanam faciendum putaverint, quia in confesso erat apud omnes, hanc totius Ecclesiæ Christianæ velut metropolim habendam esse.*

\*(158.)\* Hyginus vel Hyginus Papa Martyr extinctus est, eique in locum subrogatus est Pius.

Hyginus ad corrigendas Judaizantes Ecclesias aliquas quæ decimâ quartâ lunâ pascha celebrabant, decreto firmavit, quod jam ab Apostolis traditum erat, ut Pascha celebraretur in die Dominico.

\*(159.160.161.162.)\* Hi anni vacui reperiuntur apud Chronographos, quoad Ecclesiastica gesta; nequaquam tamen dubitari potest, quin sæcundi fuerint, & feraces multiplicis coronæ Martyrum.

D E-





## DECAS VII.

✱ Ab anno 160. ad 170. ✱

✱(163.)✱ Antoninus Pius diem obiit, & a Senatu Romano nemine reclamante inter Divos relatus est: ita deploratus a populo senex, quasi adolescens mortuus esset, ac Numæ comparatus, quin etiam Numâ melior inventus.

Successit demortuo Marcus Aurelius Antoninus cognomento Philosophus, qui consortem Imperii accivit Lucium Ælium Verum Antoninum, filium Ælii Cæsarii Veri, qui deinceps dicti sunt Divi fratres eo quod essent ambo à Pio adoptati.

✱(164.)✱ Incipit quarta persecutio Christianorum sub Marco Aurelio seu potius sub Vero, quæ persecutio à Severo suspicio quinta numeratur. An autem hæc persecutio mota fuerit ab ipso Imperatore, an verò à Præsidibus, sub iudice lis est. In hac persecutione S. Praxedes operibus charitatis ac prodigiosæ misericordiæ, & simul glorioso Martyrio cum innumeris aliis triumphat.

✱(165.)✱ Justinus Philosophus Christianus, quod iteratò pro Christianis Apologiam dederit, ad Senatum & ad Imperatorem



✠✠✠ torem delatus pro mercede Romæ coronam Martyrii recipit.

✠(166.)✠ Pius Pontifex hoc anno Martyr effectus, rigidus fuit errorum in sacerdotibus etiam ex imprudentia commissorum cenfor. Unde colligere licet, quàm fuerit iustus vindex in sceleribus gravioribus. Successit illi in sede Anicetus.

Venit hoc anno Romam Polycarpus S. Joannis discipulus, ut Anicetum interrogaret de paschate celebrando: Cùm verò Polycarpus Romæ incidisset in Marcionem, ei roganti, utrum se nosset, respondit; *Noti utique primogenitum Satanae*. Multos etiam Cerdonis discipulos ad religionem veram revocavit.

✠(167.)✠ Recrudescit in Christianos odium, & persecutio, magno metu à bello Marcomannico imminente, unde ut Deorum inanum iras placarent duo Imperatores in Christianos edicta promulgârunt, instigantibus ad hoc sacrificulis & Flamini-  
bus idolorum.

✠(168.169)✠ Magnum Asiæ & Ecclesiæ lumen Polycarpus Smyrnæ à populo ad necem pertractus, & publicè professus Christum, cui octuaginta annos servierat, ignibus vivus addictus est, cùm verò flamma ei non noceret, gladio transverberatus  
inte-



interiit, tantumque sanguinis ex v  
nere effluxit ut ingens bustum extingue  
ret, flammis nihilominus denuò excitat  
cadaver, absumptum est, ne à Christian  
reliquiæ colerentur, qui tamen ossa sanct  
fuffurati sunt, ad perpetuam veneratione  
servanda.

✱(170.)✱ Sævit pestis atrocissima, qu  
majorem orbis non vidit, nec diuturn  
orem.

Credita fuit in Babylone ortum habuisse cu  
bi miles auream arculam in templo Apollin  
perfregisset, hinc pestiferum Spiritum erupisse  
quo totus orbis infectus ultimum interitum ex  
petebat. An hoc ab Ethnicis consilium  
Deorum honorem, an verum sit, relinquitur in  
dubio, Gentiles saltem tanto malo efferatione  
facti Christianos tanquam auctores infamabant.  
Propterea persecutio invaluit.

#### HÆRESIS HERMOGENIS.

**H**ermogenes pictor & Philosophus à Christi  
nis ad Stoicos transiit. Docuit materiam  
ingenitam fuisse, ex qua Deus creaverit omnia.  
fabulatus est Corpus Christi repositum esse in Sa  
le; \* Diabolos esse in materiam refundendos.  
Salvatorem negabat esse filium Dei, \* & Spiritu  
tui sancto intellectum eripiebat. Verbo tum ex  
Platonis, tum ex officina hæreticorum, morum  
aque ac errorum hausit turpitudinem.



\*\*\*\*\*

## DECAS VIII.

✱ Ab anno 170. ad 180. ✱

171. **L**ucius Verus cum Marco Aurelio  
eodem vehiculo portatus ad ex-  
peditionem Marcomannicam subito apo-  
plexiâ tactus moritur, Marcus Aurelius  
autem solus Imperator, bellum infelici suc-  
cessu prosequitur, ab Alexandro impostore  
deceptus.

✱(172.)✱ Melito Sardenfis apologiam  
pro Christianis offert.

✱(173.)✱ Montanus (quem S. Hiero-  
nymus semivirum appellat, quia Eunuchus  
erat) baptizatus Christianus, moxque pro-  
priae excellentiae gloriâ elatus furioso im-  
petu, ac peregrinis vocibus prophetam se  
proferi coepit nactus ad eam rem duas,  
quas seduxit, & a maritis abduxit, opu-  
tentas foeminas, Priscam sive Priscillam, &  
Maximillam, quas pariter maligno Spiritu  
afflatus prophetare docuit, & plurimas  
sua hæresi polluit, donec cum sua Priscilla  
& Maximilla dæmonum impulsu la-  
queo sibi mortem pariter consciverunt.  
Sed & Theodotionem, qui primus hujus  
commentitiæ Prophetiæ procurationem  
suscepit, dæmon in sublimem elatum, præ-  
cipi-



cupitem egisse, & miserè animam extor-  
se testatur Apollinaris.

## HÆRESIS MONTANI SIVE CATAPHRYGUM.

*I*actabat se Spiritum Paracletum esse \* *S* abundantiùs à Spiritu sancto instructos, quàm fuerint Apostoli. \* *M*ontanistæ ut Montanus Priscillam & Maximillam Prophetas & Prophetissas extollerent, omnes alios Prophetas mendacii Spiritu obseffos fuisse calumniabantur. \* *B*aptismi formam corrumpabant, & mortuos etiam baptizabant. \* *A*sserebant eum qui semel lapsi essent, uullâ posse pœnitentiâ suâ peccata delere \* *D*issolvebant pro arbitrato matrimonialia \* *J*ejunia etiam exotica introducebant, tres ordinantes quadragesimas. \* *S*ua Eucharistiam infantis anniculi sanguine miscuebant, quem de toto ejus corpore minutis punctisnum vulneribus extorquebant, & si puer is mortuus fuisset apud illos celebrabatur ut Martyr, verò vixisset vulneribus & tormentis superstiti pro magno Sacerdote habebatur. *H*ec de Montanistis referunt SS. Patres; quamvis non summa horum omnium scelerum reus videatur fuisse Montanus, ab eo tamen ceu fonte lutofo haereticorum & sectarum eluvio sumpsit exordia. *E*cum tempore per divisiones aliæ turpitudines similes inundârunt.

*P*ars magna Montanistarum appellabantur



Ab anno 100. ad 200.

71

TRASCOTRUGITÆ seu PERTICONASATI, quòd,  
dum orarent, digitum indicem naso imponent,  
signum scilicet tristitiæ, & ultronea justitiæ gra-  
tiā, Trascus enim apud ipsos pertica appellaba-  
tur, Drusus verò nasus sive rostrum.

Numerat insuper Epiphanius inter Montani  
descendentes Quintilianos, à Quintilla, Priscil-  
ianos à Priscilla ( qui Sacerdotium & Præposi-  
turas fœminis impertiebant ) Pepuzianos à Pe-  
puza vico Phrygiæ, Arthotyritas, sic dictos,  
quòd in suis mysteriis apponerent panem & ca-  
seos - & similes delirantium atque bacchantium  
cuneos.

✽(174.)✽ Exurgit hæresiarcha Tatia-  
nus, contra quem postmodum scripserunt  
Origenes & Apollinaris.

### HÆRESIS TATIANI ET EN- CRATITARUM.

**T**atianus discipulus S. Justini Martyris Ma-  
gistro mortuo & relicta Româ in Pisidia &  
Cilicia errores docuit, factus auctor Encratita-  
rum, quasi continentium, qui nuptias detesta-  
bantur, item Hydroparastarum seu Aquario-  
rum, qui vinum in mysteriis adhibere recusa-  
bant, solâ aquâ contenti. Eodem Parente pro-  
diit Severus, à quo Severiani, qui usus suâ Pbi-  
lumena energumena ad vaticinia & fascinati-  
ones, Tatiani dogmata promovit.

Encratite matrimonium reiiciebant & for-  
mica-

mica-



nicationi equiparabant. \* Repudiabant omnia  
Epistolas S. Pauli. \* Adamum & Evam dam-  
natos dicebant. \* Abstinentioniam ab animalibus  
suis affectis preceperunt \* in ceteris plurimum  
adhærebant Encratitæ Marcionistis &  
Saturninis.

✱(175)✱. Anicetus Summus Pontifex  
cæsus ob fidem Christi.

Ejus inventum est Clericorum com-  
brevior & modesta.

Aniceto successit Soter.

Hic annus celebris est martyrio S. Fel-  
citis cum septem Filiis.

Narrat Dionysius celebris nominis Epi-  
scopus Corinthiorum, Ecclesiam circa  
hæc tempora tantam habuisse opum abun-  
dantiam, ut non solum sufficerent ad ali-  
deles pauperes, qui Romæ essent, uberi-  
tim alendos, sed etiam ad sublevandas dis-  
tintas Ecclesias indigentes, & fovendos  
Christianos ad metalla damnatos, quorum  
ingens erat numerus.

Ad hæc tempora turbare Ecclesiam protervi-  
tati sunt discipuli Valentini hæresiarchæ, qui  
inter fuerunt præcipui Bardefanes Apostata,  
Ptolomæus, quem Irenæus nominat flosculum  
Valentini, & Marcus, quo ex Valentini discipu-  
lis nullus nequior fuisse scribitur, addens enim  
hæresi magiam, calicem Eucharistia purpu-



Deum ac rubicundum apparere fecit, ut putaretur per invocationem ejus sanguis illius, qui est super omnia, stillare in calicem. Damone familiari usus, prophetare creditus est, ac circueus orbem seduxit plurimos, maximè mulieres pulchriores & ditiores. Et hic & discipuli ejus, omnia turpia patrantes perfectos se se vocabant, quasi soli magnitudinem agnitionis inenarrabilis virtutis ebibissent; atque adeò liberè omnia agere possent, quæ vellent.

Furebant non mitius circa hunc annum Ascodryta, & Archontici, qui Sacramenta divina penitus abjecerunt, & inconueniens esse agebant per visibilia signa significari divina & invisibilia atque Spiritualia.\* Repositam dicebant perfectam redemptionem in cognitione.\* Mortuos oleo & aqua inungebant.\* Blasphemabant Deum in septimo cælo exercere tyrannidem, ab eodemque genitum esse diabolum, ex quo per Evam Cain & Abel sint prognati.\* Negabant resurrectionem mortuorum.\* Fingeant novos Prophetas Martialem & Marcianum, eosque in cælum raptos esse, ac post triduum descendisse.\* Erant autem heretici isti cæteris astutiores, quod solitariè agentes omnium rerum renunciationem præ se ferrent.

\*(176.)\* Triumphat Marcus Aurelius de Marcomannis, Quadis & Sarmatis, precibus legionis Christianæ, quæ ideo  
 D appel-



appellata est **FULMINATRIX**: res ita n-  
ratur.

*Marcus Aurelius circumventus, & in loco  
compulsus, unde effugere non posset, atroci in-  
per siti vexato exercitu, frustra ad Deos  
confugit. Tunc Christiani milites, plerique  
ex Melitina Armenia civitate, flexo poplite  
Deum adorantes, suis pluviam, & hostibus  
nem, grandinem & fulmina impetrarunt: quo-  
bus dejecti, dissipatique hostes magnam Imperatoris  
vori concessere victoriam. Unde Marcus  
exit, ne quis Christianorum impofterum voca-  
tur in iudicium ob religionem, & accusator,  
ad auderet, vivus combureretur. Inde Legio  
illi impertitum nomen est, **LEGIO FUL-  
MINATRIX**.*

✽(177.178.)✽ *Faustinae Imperatricis  
defunctae Marcus Imperator divinos, a  
nuente Senatu, honores statuit, & quae  
quam impudicitiae famam laborasset, quod  
ipse vel nesciebat, vel dissimulabat, ex  
tamen honori novas puellas Faustinianae  
dictas instituit. Et simul legem tulit con-  
tra eos, qui prophetias ederent: quo  
mine Christianos perstringebat, qui signa  
& prodigiis, ac futurorum malorum pra-  
dictionibus Gentiles perterrerent.*

✽(179.)✽ *Magna procella mota  
Christianos à Gentilibus, qui cum edictis*



Marci prohibiti essent accusare Christianos de religione tantum, crimina alia fingentes, impietatis in Deos, esus humanarum carniū, incestuum, & similium apud Præsides Provinciarum detulerunt. Unde persecutio orta in omnibus civitatibus ac Provinciis, & ubique locorum sanguinis Christiani immitis effusio facta est, Soter Pontifex Romanus Martyrio in hac persecutione coronatus est, & ovibus suis ad macellum educatis, fide, fortitudine, exemplo, Pastor bonus præivit.

Soteri successit in Pastoris supremi officio Eleutherius.

✽(180.)✽ Post cædem Martyrum Lugdunensem in hac persecutione coronatorum; Irenæus Lugduni Episcopus creatus est, potens hæreticorum, præsertim Florini & Blasti hæresiarcharum domitor, & triumphator.

Florinus cum Irenæo Polycarpi auditor, sed Carpocrati postmodum ex parte adherens, & Valentini hæresi, Deum etiam causam malorum esse blasphemavit; Blastus autem in multis Judaizavit.

Marcion ad hæc tempora cum Eleutherio de pœnitentiâ & palinodiâ suorum dogmatum tractat, sed quia procrastinat, morte prævenitur.

D 2

DE-



\*\*\*\*\*

## DECAS IX.

✻ Ab Anno 180. ad 190. ✻

181. **H**OC anno contigisse narrat Nicophorus, ut Judæus quidam Christianis per loca deserta iter faciens, subito morbo correptus peteret baptizari, cum verò deesset aqua, adhibitâ arena baptizatum esse, moxque sanitati ita restitutum, ut viribus integris, ad Dionysium Episcopum Corinthiorum pervenêrit, quo postmodum vero Baptismo ablutus est.

✻(182.)✻ Obiit Marcus Imperator, qui cum in Marcomannica expeditione morbum incidisset, abstinentiâ cibi mortem voluntariam oppetiit; cui mox Commodus filius successit, qui à prima statim pueritia, ut loquitur Lampridius, turpis, improbus, crudelis & libidinosus oreque pollutus, & constupratus fuit, qui insuper & Deus dici & Herculis Sacra sibi fieri, voluit, templa verò reliquorum Deorum stupris & humano sanguine polluit. Illud autem Divinæ Providentiæ adscribendum, quorumcunque facinorum fuerit Commodus, Christianis tamen violentiam non intulit.



Commodi Concubina fuit Marcia, quam præ cæteris impensè diligebat, hæc Christianis valde addicta quanquam Christiana non esset, effecisse creditur apud Commodum, ut persecutio cessaret: novit utique Divina Sapientia etiam impiis instrumentis uti in bonum servorum suorum.

✱(183.)✱ Lucius Britannorum Rex, petit ab Eleutherio Papa Ministros, à quibus Religionis Christianæ mysteriis imbueretur: à quo missi Fugatius & Damianus sive Donatianus, qui Regem cum uxore & liberis baptizat.

Theodocion Ponticus, vel Ephesus discipulus Tatiani Marcioni adhæsit, & ab eo ad Judæos Profelytus transiit. Scripturam interpretatus est: utrum autem fuerit sincera translatio, S. Hieronymus consulendus est.

*Hæc translatio Theodocionis dicitur, vulgò tertia.*

Prima enim fuit illa nobilissima Septuaginta duorum; secunda sub Hadriano, ut scribitur, ab Aquila Pontico elaborata; & hæc Theodocionis tertia, vel etiam quarta si illius antiquissime ratio habeatur, quam ante tempora Alexandri Magni in lucem prodiiſſe ferunt.

✱(184. 185. 186. 187. 188.)✱ Anglia magno ardore suscipit Evangelium Christi, & fidem Romanam amplectitur, quam



moderni Britanni tam acerbè oppugnati.  
Unde Viri illi Apostolici Romam rever-  
plures à Pontifice in messem agri Domini  
ci operarios rogant & in Britanniam ad-  
ducunt. Quam in varios Episcopatus di-  
vidunt & Ecclesiam Christi ordinant.

Farabertus Francorum in Germania Re-  
Christianos dirè persequitur.

✱(189.)✱ Apollonius Senator Roma-  
nus vir eruditissimus accusatus ab uno ex  
servis suis, quòd Christianus esset, & frau-  
dulenter à Perenni iudice fidei suæ ratio-  
nem rogatus, postquam apologeticam ora-  
tionem accuratissimè elaboratam pro  
Christianâ fide coram Senatu recitasset,  
eiusdem Senatûs decreto securi percussus  
est: Ejus tamen delator servus, inquit Es-  
sebius, ut M. Aurelii decreto aliquid con-  
cederetur de non vocandis in jus ob fidei  
Christianam, multatus est crurifragio, quod  
vividus igne comburendus erat, sed suppli-  
cium accusati pœnam accusantis imminuit.

Perenni quoque iudici non defuit ultrix po-  
na. Cùm enim tyrannidem affectans Commodus  
suasisset, ut deliciis vacaret: cui etiam assensu  
Imperator cum trecentis Concubinis & totidem  
pueribus exoletis ex prima nobilitate delectis  
vino & ganeis indulgebat, Perennis interea  
bona, vitamque multorum sèvit, eorumque pro-  
dam in domum suam convexit, & potens jam  
divi-



divitiis aggestis ea machinari cepit, quibus Imperium raperet, sed machinationibus patefactis Pater unâ cum filio jugulatus est.

Sacra Isidis Romæ renovantur tanto æstro impietatis, ut præter alios multos Consulares viros etiam Commodus in Isidis honorem caput raderet & anubin portaret.

✽(190.)✽ Necem Apollonij videtur ulta fuisse ingens pestilentia subsecuta & per totam Italiam grassata, adeo ut Roma quotidie duo millia mortuorum corpora efferret.



## DECAS X.

✽ Ab Anno 190. ad 200. ✽

191. **M**aternus gregarius miles collegæ Sodalium manu Hispanias & Gallias depopulatus, Alpes transcendit, ut Commodum interficeret. Quem in finem selegit festum Cybeles, quo Romanis erat solenne Personatis discurrere, ut sic Imperatorem cum aliis lascivire solitum vel ipse, aut per aliquem suorum obtruncaret. Sed cum id consilium pluribus communicatum esset, innotuit Commodò & Maternus capite mulctatus est.

✽(192.)✽ Commodus Herculeis insigni-



gnibus indutus, vult Commodianus Hercules appellari, & Deus haberi. Quæ ludæa cum multi à Gentilibus deriderent, gladio perempti sunt, & inter Christianos Julius Senator, renuens huic Herculi Commodiano sacrificare, fustibus ad mortem usque cæsus est; Christiani autem ejus corpus honorificè curantes in crimen vocati, quòd bona ejus diripuissent, & variis tormentis necati sunt. In quorum glorioso certamine illud contigit memorabile, quòd Lupulus Sacerdos quidam Capitolini Jovis oculorum cæcitate ab iis contritus in Christum crediderit, & Antoninus carnifex, cum vidisset unum ex illis, nomine Eusebium post linguam radicem præcisam, benè adhuc loqui, Christum & ipse profitens capite truncatus sit.

✽(193.)✽ Templum Pacis celeberrimum, & Templum Vestæ cum immensis thesauris, & pulcherrima quæque urbana ædificia igne vel fulmineo, vel è motu terræ noctu erumpente cum incendio peritus consumpta, nec potuit sedari incendium plures dies pervagatum, & maximam urbis partem depascens, donec repentini imbribus restingeretur, ut manifestum fieret illud divinitus inchoasse & desisse.

✽(194.)✽ S. Eleutherius Papa mortuus; an cæsus, an naturali morte, certum



non constat. Martyr quidem nuncupa-  
tur in Sacris Diptycis, sed cum nomen  
Martyris, sicut & Confessoris, sit iis tri-  
butum, qui aliquid pro fide passi essent,  
nec inter tormenta Spiritum emisissent, ex  
hoc nomine tantum conficitur, saltem in-  
ter ærumnas pro Ecclesia confectum, & al-  
bo Sanctorum Pontificum insertum esse.

Eleutherio succedit Victor.

Commodus Imperator cum plurimos  
Consulares viros, atque etiam ipsam Mar-  
ciam, quam loco conjugis habebat, neci  
destinasset, re comperta eorundem con-  
spiratione ab athleta quodam, cum quo is  
exerceri solebat, oppressis faucibus in ipsa  
palæstra strangulatus est, magno gaudio  
urbis totius atque Senatûs.

✽(195.)✽ Aelius pertinax origine Li-  
gur, cujus pater tabernam coctiliariâ exer-  
cuerat, per singulos militiæ gradus ad ur-  
bis præfecturam evectus, militibus præto-  
rianis juvantibus ac Senatu consentiente  
decernitur & acclamatur Imperator. Sed  
post menses sex scelere Didii Juliani occi-  
ditur, qui rursus post 66. dies à Severo Im-  
perio & vitâ privatur, quo interempto Se-  
verus Augustus res Imperii ordinat.

✽(196.)✽ Victor Romanus Pontifex  
Theodotum Bizantinum hæresiarcham  
damnat, & ab Ecclesia eiicit.

D 5

HÆ



HÆRESIS THEODOTIANA SIVE  
ALOGORUM.

**T**heodotus Coriarius Alogorum sive Theodotianorum antesignanus cum in Persecutione divinitatem IESU Christi abnegasset, pudens suffusus ad tegendum facinus suum dixit, se nisi hominem simplicem negasse: Christum enim Deum non esse, ideoque ab Ecclesia ejectus cum Artemonianis eorumque auctore Artemone conjunctus, qui unitis erroribus Divinitatem Christi opprimere pro viribus laborarunt. Diffinitum autem Alogi, quia verbum eterni Patris ejusdem substantiæ negarunt.

HÆRESIS MELCHISEDE-  
CHIANA.

**F**uit eodem tempore alius quidem Theodotus opificio argentarius, qui & ipse Christum purum hominem esse impudenter Blasphemavit, & cum fuisset discipulus Theodoti Coriarii desipens supra Magistrum suum, asserens hunc purum hominem ex Spiritu sancto conceptum & ex Maria Virgine natum, sed inferiorem esse Melchisedecho, quia nimirum dictum est de eo; **T**UES SACERDOS SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDECH. Ita ut Christus sit deprecator pro hominibus constitutus, Melchisedech verò (secundum cujus ordinem Christus Sacerdos est) sit Advocatus pro Cælestibus Angelicis Spiritibus, sitque ipse virtus quædam Dei sine Patre, sine Matre, sine Genealogia, cujus neque initium ne-



que finis comprehensus sit. Tam Subtiles Theologastri sunt, qui è Sutrinis, Calceariis, vel fabrilibus tabernis prorumpentes Scripturas interpretandi munus sibi usurpare præsumunt.

### HÆRESIS PATROPASIANA.

Sub Victore quoque Pontifice Romano prodit heresiarcha quidam Praxeas, qui tres Sanctissimæ Trinitatis Personas permiscuit, & fabulatus est, Deum Patrem Omnipotentem esse IESUM Christum, eundemq; mortem passum: unde sectatores ejus dicti Patropassiani, & quia Sanctissimam Trinitatem in unam tantum Personam redegerunt, dicti idèd Monarchici. Quorum errores aliorum insaniis conjuncti, magnas in Ecclesia tragædias & tumultus excitârunt.

✽(197.198.)✽ Resuscitata controversia de celebrando Paschate; an more Judæorum lunâ decimâ quartâ, an die Dominico celebrandum sit. Habita propterea varia Concilia auctoritate Victoris, & à plerisque statutus dies Dominicus. Quartodecimani autem cùm opinionis suæ tenaciores essent, tandem ut hæretici damnati atque ab Ecclesia eliminati sunt.

✽(199.)✽ Severus filium suum natu majorem dicit Cæsarem, addito cognomine Antonini, agitans introducere consuetudinem, ut omnes impofterum Principes quemadmodum Augusti, ita Antoninico nominarentur.



Hoc anno bellum Judaicum & Sarmaticum Severo triumphi materiam dederunt: Judæi enim a Pescennio Nigro tam rigidè habiti sunt, ut is etiam aërem ipsi vectigalem facere voluerit, unde in rebellionem exarserunt contra Romanos, sed Severo mox domiti & jugo submissi. Edictum quoque promulgatum, quo sub gratia poenæ prohibebatur quenquam Judæum fieri, ac circumcidi, quoniam gens ista ad rebellionem proclivis esset. unde Ecclesia magnis incrementis aucta.

✽(200.)✽ Severus Imperator clarissimos viros Romæ occidit, nulli eorum parcens, qui vel levi tantum suspitione laborassent habitæ communionis, cum Albino & Pescennino. Recenset Spartianus nomina unius & quadraginta consularium, & Prætorianorum, qui necati sunt. Damnatæ sunt etiam illi, qui joco tantum dixerant *verè Imperator, nominis sui, verè Severus*, quod verò hæc cædes non etiam Christianos involveret, invidiæ stimulos excitavit in animis Gentilium, ut eos neglectæ & despectæ Majestatis accusarent, qui in publico triumpho Severi non floribus, Laureis, suffutibus, luminibus & aliis id genus officiis, more civium cæterorū, se subditos fideles præstitissent.

SÆCULUM





# SÆCULUM TERTIUM.

Continens res memorabiles in Ec-  
clesia gestas ab anno Christi  
200. ad 300.

## DECAS I.

✠ *Ab anno 200. ad annum 300.* ✠

201. **M**iles quidam Christianus nolens  
gestare Coronam lauream, ut  
donativum ab Imperatore Se-  
vero referret, Occasionem præbet perse-  
quendi Christianos.

Tertullianus invehitur ideo in Christia-  
nos ac nominatim in Præsides, quòd cul-  
paverint hunc militem, tanquam nimis  
præcipitem & indiscreti ardoris, in quo  
libro *de Corona militis* nuncupato, ostendit  
se jam tum Montani hæresi favisse, qui do-  
cuit contra præceptum Domini nullo mo-  
do fugere licere persecutores propter fi-  
dem, intentantes mortem.

Quòd Tertullianus defecerit ab Ec-

D 7

cle.



clesia ad Montanum, causam tribuunt non  
 nulli arrogantiae, quâ stimulante tulit in  
 dignè Victorem sibi in Ecclesia praelatum  
 esse, ab eoq; non satis honorari: ita S. Am-  
 brosius. Putant alii, quod ob repulsam a  
 Episcopatu Carthaginensi invidiæ tabe  
 correptus desciverit. Alii judicant  
 mio ejus rigori & indiscretæ austeritatis  
 adscribendum esse, ut ad Proclum Montani  
 magistrum austerioris jejunii, & mul-  
 tarum vigiliarum sectatorem accedere  
 & crederet doctrinam ejus plus sapere in-  
 stinctum Spiritûs Sancti, quam Catholicor-  
 um. Quanquam enim Tertullianus vir  
 esset acutissimus & eruditissimus, facili-  
 mus tamen fuit in credendo. ut etiam quæ-  
 rumcunque muliercularum somniis fides  
 præstaret. Ideo Procli, sive Proculi, &  
 Montani toxico infectus furere mox co-  
 pit contra Ecclesiam, eamque calumniis  
 proscindere, Catholicos vocare *Psychicos*,  
 nempe animales, & non spirituales, quod  
 nomen à Valentino hæresiarchâ primò in-  
 ventum fuit, hæc igitur causa fuit ruina  
 tanti gigantis in Ecclesia quantus erat  
 Tertullianus.

*Ceterum lauream gestare, nulla intercedente  
 superstitione libatione licitum erat, militi Chris-  
 tiano: quàm merito igitur Christiani militem*



*illam indiscreti zeli arguerunt, tam impertinenter Tertullianus arguit Christianos pusillanimitatis.*

Calumnia ingens fingitur adversus Christianos, quâ passim Padoratores asini proclamabantur, & Romæ appensa pictura exhibebat hominem quendam togatum & ungulatum, cum libro in manibus, & auribus asininis, cum inscriptione DEUS CHRISTIANORUM ONONYCHITES. Auctor hujus calumniæ fuit Cornelius Tacitus, qui impie mentitus est Christianis per Ægypti desertum migrantibus & siti gravissimâ laborantibus ab onagris de pastu ad potum currentibus, fontem ostensum esse. Calumnia hæc & multiplicia crimina, v. g. esus carniû humanarum, promiscuus concubitus in Synaxibus post lumina extincta, & similia, larva fuerunt, sub qua reerudit immanis persecutio in Christianos, & furor supra modum desæviit.

✱(202.)✱ Christiani per genium Regis jurare nolentes diris cruciatibus exagitantur & necantur.

Narratur majoris tunc temporis fuisse apud Gentiles per genium Regis, quàm per Jovem jurare, unde qui sic detrectabant, ij tanquam Cæsaris inimici & rei majestatis plectebantur.



✱(203.)✱ S. Victor Papa Martyrij triumpho donatur, cui succedit Zephyrinus Scapula Proconsul Africæ, Saturni successor, variis modis sævit in Christianos eosdem Tertullianus defendit misso libello ad Scapulam, in quo Christianorum erga Imperatores fidelitatem deprædicat.

Symmachus circa hæc tempora nova Sacræ Scripturæ interpretationem edit non quidem de verbo ad verbum, sed tantum retinens sensum verborum & sententiarum.

Fuit hic Symmachus genere Samaritanus, sua gente descivit ad Judæos, & proselytus factus circumcisisus est, secundæ circumcissione. Eusebius putat illum ex Christiano factum esse Ebionitum.

### SYMMACHIANI & PATRICIANI HÆRETICI.

Fuerunt etiam quidam hæretici dicti Symmachiani non quidem ab hoc Symmacho interprete, sed alio quodam, qui, ut tradit Phylastrinus à Patricio quodam, auctore scilicet Patricianorum institutus, docuit carnem hominis factam esse à diabolo ideoque omnino contemnendam, ut multi ex iis mortem sibi inferrent; quanquam docerent simul omnibus carnalibus concupiscentiis absque timore ullo iudicii serviendum & indulgendum esse.



✽(204.)✽ Tanta sæviit in Christianos persecutio, ut ultima hora iudicii instare Christianis videretur propter nimiam crudelitatem Severi & Præfectorum ejus.

Philippus Ægypti Præfectus Christianus Martyrio coronatur, filia autem ejus Eugenia nuptias averfata Acilii viri consularis, vestem virilem induta, diu latuit inter monachos, qui Esseni dicebantur (S. Heleno Episcopo Heliopoleos id non ignorante, sed consentiente) donec a monachis stupri, quod visa sceminæ cuidam intulisset, falsò accusata, quod erat propalare coacta est, & una cum Claudia matre Romam regressa, tandem sub Imperio Galieni Martyrium consecuta est.

Origenes Alexandriæ adhuc juvenis plurimos ad Martyrium fortiter subeundum animat.

✽(205.)✽ Severus Imperator cum filiis ex Ægypto Romam rediens amplissimum triumphum agit de Parthis.

Hoc anno Martyrio coronatæ sunt Perpetua & Felicitas, item S. Irenæus Episcopus Lugdunensis, alique passim innumeri.

✽(206.)✽ Incentor sævissimæ persecutionis Plautianus vindice Deo pœnas solvit. Jussu enim Antonini, cujus ipse socius erat ob mortem Imperatori intentatam,

tam,



tam, occisus est in ædibus suis, & cadaver  
in Plateas projectum: filius ejus & filia  
Plautus & Plautilla in insulam Liparim pro-  
mò relegati, post multas ærumnas pariter  
necati sunt, & nomen ejus, & familia  
omnibus tabulis erasa: ita ultorem tan-  
dem ille sensit, qui opibus tunc temporis  
ipsum Imperatores antecedebat, de quo  
vulgò circumferebatur, citius cælum rui-  
re posse, quam Plautiano ab Imperatore  
damnum inferri, adeo dives erat, ut filia  
suæ dotem dederit, quæ quinquaginta Ro-  
ginis suffecisset.

✽(207.)✽ Natalius Apostata ab Eccle-  
sia factus, pecuniæ corruptione, & affectu  
Theodotianorum hæreticorum, hoc anno  
cum frequentibus Domini visionibus, gra-  
vissimis etiam flagris à sanctis Angelis no-  
te quadam illatis, jam sui compos redditus  
esset, cilicio indutus & cineribus aspersus  
ad Zephyrini pedes supplicem se projecit  
& patrati sceleris exomologesi pergit.

Origenes sententiam Domini de castro-  
tione malè interpretatus, cum ætatis adhuc  
floridioris esset, seipsum eviravit, ut tan-  
tò continentior viveret.

✽(208.)✽ Calumnia turpissima de  
Christianis divulgata est, quasi colerent  
antistitum suorum genitalia: quæ hac oc-



Ab anno 200. ad 300.

92

occasione irrogata videtur, quod Christiani  
& filii omnes ad genua Sacerdotum flexo popli-  
te, manibusque suppliciter junctis ad  
pariter confessionem peccatorum faciendam, se  
in terram demitterent. Scilicet aranea-  
rum venenata indoles est, toxicum sugere  
ex quovis etiam piissimo opere.

✽(209.210.211.212)✽ Milites & Ana-  
toninus filius Severi Imperatoris ægrè fe-  
rentes, quod bellum protraheretur, Seve-  
rū pedibus ægrum convitiantur. Qui hanc  
fili sui, jam Imperatoriis acclamationibus  
salutati, & militum prodicionem inaudi-  
ens, ad tribunal portari se jussit, sistique  
reos, unā cum filio Antonino. Cumque  
in omnes, præterquam in filium more ma-  
jorum adverti imperāisset, omnibus iis ad  
terram prostratis & veniam implorantibus:  
*sensitis inquit caput Imperare, non pedes?* quo  
facto militum metus in Principem, sed fi-  
lii in Patrem crevit audacia, ut multifariè  
mortem ei machinaretur: quæ insolentia  
causam magni mæroris Severo præbuit,  
quo tandem contabuit.



## DECAS II.

✽ Ab anno 210. ad annum 220. ✽

213. ✽ Severus helluo Christiani sanguinis  
mori-



moritur, succedentibus Antonino & Geta  
 moxque Antoninus medicos suppliciorum  
 facit, quod sibi Patris necem accelerare  
 benti non obtemperassent. Præter  
 quotquot parentem suum observasse  
 verat, ne unico quidem superstite relicto  
 è medio tollit. Vocatus est hic Anton  
 nus CARACALLA sive CARACALLUS pro  
 pter vestimenta, ut ait Dio & Spartianus  
 quæ antea Romæ nunquam visa erant,  
 ipse primus è Gallia detulit, populoque  
 donavit.

✱(214.)✱ Geta Augustus jussu Anto  
 nini fratris occiditur in Juliae matris gra  
 tione, natus annos viginti duos. Omnes  
 quoque fautores Getæ eadem crudelitate  
 ab Antonino interempti sunt. Quos in  
 ter Papinianus erat Princeps & gloria Ju  
 risconsultorum, quem ideo neci subjecit  
 quod fratricidium in Geta patratum coram  
 Senatu excusare nollet. Tantæ fuit cru  
 delitatis Antoninus, ut aliquando in ludis  
 circensibus, cum populus aurigam ejus  
 cavillatus esset, immixtis quamprimum  
 militibus plurimis trucidatis magnam stre  
 gem ediderit. Videtur singulari providen  
 tiâ Dei factum, ut Caracalla esset flagellus  
 Gentilium, propter exercitam in Christianis  
 nos superioribus annis crudelitatem.



quidem non in Christianos, sed tantum in Ethnicos sævit flagitiosissimus hic Imperator, qui crudelitati abominandam quoque impuritatem conjunxit, nec ipsam suam novercam Juliam reveritus in uxorem accipere.

✠(215.216.)✠ Cajus vir Sanctissimus atque doctissimus disputat adversus Proclum inter Cataphrygas illustrissimum Montani discipulum: quo convicto confutatoque, contra Pseudo-Paracletos ac novæ Prophetiæ sectatores, adeoque ipsum Tertullianum Zephyrinus dixit Anathema, quo tamen sanatus non est vir superbiâ tumens, sed efferatus adversus medicum petulantius insaniit, & furere. cepit contra Christianos.

### TERTULLIANISTÆ HÆRETICI.

**T**este S. Augustino ab hoc tempore sectam suam à Cataphrygibus divisam Tertullianus promovere laboravit, & præter alios errores docuit, animas per traducē propagari, pessimas autem post mortem converti in demones. Solitus est de eo dicere S. Hieronymus Laudo ingenium hominis, & damno hæreses. Fertur quoque Cyprianus nunquam absque Tertulliani lectione unam diem elabi permisisse, & cum ejus scripta peteret, dicere consuevisse Da Magistrum.



✠ (217.) ✠ Agrippinus Episcopus  
 Carthaginensis collecto Africae atque No-  
 midiae Episcoporum Concilio statuit ha-  
 reticorum ad Catholicam Ecclesiam re-  
 deuntium Baptismum esse reiterandum.  
 Qui error communis etiam dicitur fuisse  
 Tertulliano, & causa fuit multarum turba-  
 rum in Ecclesia: donec a pleno Concilio  
 postmodum extinctus est. Antoninus  
 specie benevolentiae Alexandriam venit  
 & iram quam concepit, erga cives Alexan-  
 drinos (qui dicebantur vitia Imperatoris  
 ac praecipue fratricidium Getae improba-  
 re & arguere crudelitatis,) pleno impe-  
 ro vomuit tam furiose, ut dato militibus  
 quos copiosos secum adduxerat, manda-  
 verit, ingentem civium multitudinem ferro de-  
 leverit, urbe & fanis expilatis. Quae  
 tum divina ultio videtur fuisse, quia  
 ubi tempore Severi ferocius saevitum fuit  
 in Christianos quam Romae & Alexandriae.  
 Origenes Alexandriae Romam venit,  
 quae Ambrosium quendam virum peren-  
 ditum Valentini & Marcionis haeresi  
 infectum ad fidem convertit, a quo po-  
 stmodum idem Origenes rebus omnibus  
 victum & ad studia necessariis adjutus, com-  
 mentarios in sacras litteras scribere ad-  
 gressus est, tanto ardore ac facilitate, ut pla-



*Ab anno 200. ad 300.*

95

quam septem celeribus & expeditis scribis  
quotidie alternis vicibus occupandis par  
solus esset.

✽(218.)✽ Caracalla præfagiis variis  
vitæ finem instare edoctus, omnis generis  
præstigias & magias exercet ad scrutanda  
Deorum arcana, suumque fatum explo-  
randum.

✽(219.)✽ Caracalla Imperator in Me-  
sopotamia Edeffam inter & Carras Macri-  
ni operâ à Martiale centurione ferro con-  
foditur, & idem Opilius Macrinus natio-  
ne Maurus, vili loco natus, ac sceleratissi-  
mus Imperator acclamatur.

Eodem anno vivente adhuc Caracalla  
refert Epiphanius in Jericho inventos esse  
in dolio occultatos libros Sacræ Scriptu-  
ræ, ex Hebræo in Græcum translato.

✽(220.)✽ Macrinus Imperator ob  
crudelitatem interimitur, unâ cum filio  
suo Diadumeno: cui succedit Heliogabalus  
filius Caracallæ natus ex Socemiade Ma-  
ræ sororis Juliæ Augustæ filia.

Diffus hic est Heliogabalus, quia Sacerdotem  
egerat in templo Solis in Phœnicia, cujus populi  
solem Elagabalum appellare consueverant.



DE-





## DECAS III.

✱ Ab anno 229. ad 230. ✱

✱(221.)✱ **Z**ephyrinus Papa diem extr  
222.)✱ **Z**imum claudit, Calisto in Sed  
Petri succedente.

Heliogabalus Deum suum Roman de  
portari jubet.

Lapis is erat, sub quo à Phœnicibus sol cele  
batur, hunc præ ceteris Diis Romæ tot sac  
ficiis coluit, ut ejus templum laniena vide  
retur: cui etiam uxorem dedit Palladem Ilio de  
latam, postea Uraniam Venerem Carthagin  
sem, pro qua dotanda voluit ab omnibus genti  
bus contribui: Conatus etiam tum Judæorum  
tum Christianorum, & omnium quaque gentium  
Religionem transferre ad cultum sui Elagabali.

Post nuptias suo Elagabalo celebrato  
duxit etiam ipse uxorem Corneliam Pau  
lam & mox eâ iterum repudiata, duxit  
Vestalem Virginem, ut Sacerdos Impera  
tor nuberet virgini quoque Sacerdoti.

✱(223.)✱ Heliogabalus Alexandrum  
Mammææ filium ac suum consobrinum ad  
optat. eodemque die, quo Cæsarem creat  
inaudito exemplo simul Augusti & Patris  
Patris appellationem, & Pontificatum Mo

✱imul



imum, Tribunitiam potestatem, & consolare Imperium a Senatu impertire jubet, & ut sibi similem moribus efformaret, omnibus probis & eruditis, quibus Mammæa honestissima mater filium educandum tradiderat, vel exilio mulctatis, aut ferro sublati, pessimos quosvis informatores ei constituit. Omnia scelera Heliogabali quæ Lampridius enarrat, prudentius est tacere propter honestatem publicam, quâ memorare. Fecit omnia quæ Neronem, Domitianum & Commodum absolverent, ut in hunc impurissimum ganeonem, trium nequissimorum hominum flagitia confluisse viderentur.

✱(224.)✱ Ad ultimum nequitiae devenit Heliogabalus: nupsit enim Hieraclicuiusdam Mauro & aurigæ, cujus ipse Reginam ac dominam se dici voluit. Superinduxit insuper Zoticum athletam quendam lacertosum, cui in omnibus, ad extremum usque Imperij Romani dedecus obtemperavit. Unde Senatui, populo Romano & militibus factus execrabilis occisus est una cum matre æquè impurissima, & corpus ejus in viam projectum & demum in Tiberim demersum est, ex quo ipse *Trastivus* & *Tiberinus* meruit appellari, quem etiam præter alia scelera pueros Magiæ causâ occidere solitum fuisse tradit Dio.

E

Sub-



Sublato Heliogabalo Alexander  
tum, Senatûs, ac totius populi confectus  
Imperator acclamatur.

*Alexander propensus in Christianam Religionem inter alios Deos quos coluit in suo Larario, etiam Abrahami Patriarchæ, ac Christi imaginem cultu aliquali coluit, neque passus est quopiam Christianos lædi. Sententiam illam quod tibi non vis fieri alteri ne feceris adeo dilexit, et observare studuit, ut in Palatio et publicis operibus perscribi juberet. Cum aliquando Christiani deferrentur quod locum aliquem publicum occupassent, ubi popinae prostabant, respondit Imperator, melius est ut quomodocunque illic Deus coleretur, quam ut popinariis locus ille dederetur. Sed et Judæorum fautor fuit, ut in derisionem crederetur Syrus Archi-Synagogus. Quod inter alia privilegia permisit iterum ut in Ierusalem habitarent, et præfectum illic loco sui haberent.*

✠(225.)✠ Alexander Mammæus pius Magistratibus ejectis, quos putabat optimos, præficit publicis negotiis, quos inter, in consiliarios suos elegit Fabium Cerebinum, Domitium Ulpianum, Aelium Gordianum, Julium Paulum, aliosque clarissimos viros.

Julius Ulpianus infensissimus Christi-



nis cuncta Principum scripta adversus eos collegit, ut se jure in eos agere demonstraret. Unde mirum non est, si sub Alexandro multi martyrium subiverint: Quamvis enim persecutionem ipse non moveret, consiliariis, tamen, quibus ipse fidebat, facile erat nomine & auctoritate Imperatoris, quos ipsi pro sua nocendi libidine vellent, exagitare & occidere. Cæterum Ulpianus Deo ulciscente haud serò scelerum pœnas dedit, noctu, ut Dio refert, à Prætorianis occisus.

✽(226.)✽ Calistus Papa, post longam fameur, ac sæpè repetita verbera, è domo in qua servabatur, præcipitatus martyrium consummat: succedit eidem Urbanus.

Favet Christianus Imperator, Mammeæ sanctæ Matris filius, sed iudices variis prætextibus coram Cæsare cædes Christianorum celant: Inter occisos præcipui fuere præter Calistum Palmatius Consularis, cum uxore & filiis, aliisque quadraginta duobus ex domo sua, Simplicius Senator cum uxore, & sexaginta octo de familia sua, itemque Felix cum uxore Blanda, quorum etiam capita ad terrorem Christianorum per diversas urbis plateas suspensa fuerunt. Passus item Calipodius Presbyter.



Circa hæc tempora constituta à Christianis varia Cœmeteria Romæ extrabem, pro sepeliendis martyribus.

*Dicta sunt Cœmeteria quasi dormitoria, quia fides docet resurrectionem mortuorum, quod illi excitandi sunt, qui interim in Domino dormiunt. Erant autem Cœmeteria illa non tantum pro sepulturis, sed etiam pro Synaxi Christianorum occultè in cryptis subterraneis frequentanda.*

✽(227.228.)✽ Alexander totus est libidine ex urbe profliganda. Malè tam agit revocando in urbem mathematicos genethliacos ab aliis Imperatoribus expulsos.

Patitur Romæ, sub alio prætextu, quæ Religionis, Sancta Martina cum septem milibus (qui erant ministri carnis Romæ Sanctorum) à Martina conversis.

✽(229.)✽ Hippolytus scriptor Doctor Catholicus celeberrimus Episcopus Portuensis manibus pedibusque flagellatus in altam foveam aquis plenam precipitatus, jussu Ulpiani Præfecti Prætorum cum multis aliis martyrium consummavit. Fuisse virum magnæ existimationis testatur statua, quæ ejus memoriæ tunc dedicata fuit, & non pridem ex ruderibus effossa visitur in Bibliotheca Vaticana.



✠(230.)✠ Origenes in Græciam per Palæstinam iter faciens Cæsareæ ordinatur sacerdos: Quod ægrè ferens Demetrius Alexandrinus Episcopus Ordinatores ejus Theoclistum Cæsariensem & Alexandrum Hierosolymitanum Episcopum per litteras arguit, quod eum ordinassent, erat autem hujus indignationis duplex causa, primò quòd hominem alterius Ecclesiæ Episcopi Palæstinæ, & quidem hominem à seipso castratum ordinassent.

### SECTA VALESIORUM SIVE EUNUCHORUM.

*Error Origenis transit in apertam hæresin, prodiit enim impia secta Valesiorum à Valesio Arabe, eademq; Eunuchorum, dicta, quæ omnes quos reciperet, ad seipsos castrandos adigebat, & si id facere detrectassent, alii eos vinculis alligatos exsecabant, ad litteram implere volentes, quod Christus docuit de Eunuchis qui se ipsos castrarent propter Regnum cælorum. Matth. 19.*

✠(Anno 231. 232.)✠ Exagitur à Demetrio Episcopo Alexandrino Origenes ob errores in scriptis repertos, propter quos excommunicatur à eodem Demetrio, reliquis Episcopis excommunicacionem approbantibus; unde Origenes vicissim scripsit Epistolas, quibus Demetri-



um & Orientis Episcopos laceravit, conquestus est, libros non esse suos, sed aliis corruptos & immerito damnatos. At verò quia retractationem errorum non suscepit, ostendit se vel maximum esse.

✱(233.)✱ S. Urbanus pro Christo pite plectitur, postquam multa sacra ex auro argentoque confecisset: bonorum Ecclesiæ custos egregius, quæ sapientia appellare consueverat, *Fidelium vota, pauperum patrimonia*: quæ verba in Jus Canonicum translata sunt.

Successit ei Pontianus Romanus hæc bonorum ejus & pietatis.

Origenes Alexandria fugit Cæsaream Hexapla in lucem edit; Qui antea tantum tetrapla composuerat quibus sacram Scripturam complexus erat.

*Sunt autem tetrapla dicta volumina Scripturæ sacræ: in quorum paginis tantum quatuor columnæ distinguebantur. Prima septuaginta interpretum, secunda translatio Aquila, Tertiâ Symmachi, quarta Theodotionis. Hexaplis additus textus Hebraicus Hebraicis itemque Græcis characteribus scriptus. Atque in hunc modum aucta cum tempore biblia duabus columnis, in quibusque paginis, ita ut octo essent distinctiones, dictaque sunt octopla.*



Gregorius Magnus cognomento Thav-  
maturgus, tunc temporis dictus adhuc  
Theodorus cum fratre suo Athenodoro,  
ambo Alexandria in Palæstinam proficif-  
cuntur, & ibidem facti auditores Origenis.

Ibi egregium facinus, & sanctitatis suæ  
specimen Gregorius exhibuit. Cùm  
aliquando unâ cum viris doctis & gravibus  
de quadam quæstione Philosophica ex  
more disputaret, immissaq; ab æmulis lu-  
xuriosis meretricula, mercedem turpitu-  
dinis, cum eo commissæ, impudenti impor-  
tunitate peteret, ipse nihil turbatus,  
nihilque innocentiam suam contestatus,  
sedatâ voce conversus ad quendam fami-  
liarem, jussit numerâre illi pecuniam, ne  
diutius importunitate suâ disputationem  
turbaret, quod ubi factum est, confestim  
misera scœmina in ipso coetu illo maligno  
spiritu correpta, non prius à dirissima ve-  
xatione dæmonis liberata est, quàm pius  
& pudicus adolescens Gregorius preces  
pro ea ad Deum fudit. Ibidem S. Grego-  
rius divinitus accepit regulam fidei, circa  
mysterium SS. Trinitatis, à Beatissima Vir-  
gine quæ cum S. Joanne Evangelista ei  
apparuit.

✱(234.)✱ Non tantum Origenes Cæ-  
sareæ sed etiam Ammonius Christianus



itidem Philosophus magni nominis publicè Alexandriæ proficitur Philosophia multis gentilibus avidè eum audientibus quæ specialis fuit providentia Dei, ut Evangelii magnum profectum & incrementum hac viâ multi gentiles ac præcipuè Platonici manuducerentur ad fidem amplectendam, fierentque discipuli Christianæ humilitatis, qui se orbis magistro jactabant.

✽(235.236.)✽ Alexander Imperator Persas bello aggreditur, & boni Ducis ac militis functus officio insignem victoriam refert, ita ut 300. turritos Elephantos ceperit ducentis interfectis. Mille quingentos currus falcatos disjecit, & secum ducentos abduxit: centum viginti millia equitum fudit: Cataphractarios decies mille concidit. Persarum plura millia in servitutem secum pertraxit & spoliis ditatum exercitum ingenti triumpho Romanam reduxit.

Eodem tempore Pontianus Pontifex cum Philippo suo Presbytero Imperatoris jussu in Sardiniam relegatus est, haud dubiè falsò delatus alicujus calumniæ in Imperatorem prolatae, cum certum habeatur ex scriptoribus Ethnicis Alexandrum in Christianos non malè affectum fuisse.



✱(237.)✱ Alexander scurræ unius barbari manu occiditur, qui commilitones suos ad necem Imperatoris invitârat. Cum Alexandro quoque occisa est Mamaea mater, ob avaritiam à plerisque credita mortis ejus causa. Vir Alexander erat quem nemo odisset, nisi pessimus.

Succedit Alexandro, Julius Maximinus, Gotho Patre natus & Alanâ matre. Magnitudine propè gygas, robore Hercules, edacitate Milo, crudelitate Cyclops, Busiris, Scîro, Phalaris. Invasit Imperium, & ab exercitu Augustus renunciatus, antequam Senator esset, omnibus, ac præcipuè bonis metuendus.

Acerbam Maximinus persecutionem concitavit adversus Ecclesiam, quæ sexta dicitur, omnibus præsertim Præsulibus & Clericis horrida: Cui fovendæ præfectos adhibuit naturâ ferocissimos, & Romæ nominatim Sabinum & Vitalianum. Tam sæva hæc fuit persecutio, ut sine judicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione, sine delectu, exquisitissimis ac dirissimis suppliciis fideles interficerentur.

Initium crudelitatis sumpum est in capite Ecclesiæ PONTIANO, qui cùm in Sardiniam Alexandri jussu relegatus esset, mox jubente Maximino ibidem fustibus verberatus

E 5

ratus



ratus martyrium consummavit. Suffo-  
ctus est in ejus locum Anterus natione  
Græcus.

✠(238.239.240.)✠ ANTERUS vix oc-  
cupatâ per unum mensem sede, martyrio  
tollitur, & sedem ac mortis expectationem  
relinquit FABIANO.

Dum furit infano furore Maximinus  
exercitus, qui erat in Africâ, coortâ sedi-  
tione, M. ANTONIUM sive ANTONINUM  
Gordianum virum octogenarium & repu-  
gnantem purpurâ circumdat, ac cum filio  
Imperatorem dicit in oppido Tisdro; qui  
inde in Africam deductus, Imperium ad-  
ministrare cœpit, Senatu Romano assen-  
tiente, cujus etiam instinctu, mox Roma-  
ni deficientes Præfectos urbis Sabinum &  
Vitalianum enecant; quo audito Maxi-  
mus instar belluæ desæviit, eruisseq; ocu-  
los filio, nisi maturè sese subduxisset, qui  
is amore, patris maturè Romam accedere  
recusavit. Unde malum hoc ortum esse  
infanus pater suspicabatur, quod ipse sua  
crudelitate accersiverat.

Confligentibus, Populo Romano, qui cum  
Gordianis duobus, Patre, ac filio faciebant,  
cum militibus Prætorianis, qui a Maxi-  
mino stabant, magna utrimque cædes facta  
est, ambobus etiam Gordianis (agente  
con-



A Senatu delecti sunt ad rempublicam  
contra Maximinum tuendam viginti viri,  
ex quibus Clodius Pupienus, & Balbinus  
Augusti acclamati sunt, & ab iisdem Gor-  
dianus Senioris Gordiani nepos, puer ad-  
huc in Cæsarem cooptatus est, missique in  
universas provincias legati, qui eas ad de-  
fectionem à Maximino sollicitarent.

Sed & paulò post ægrè ferentes milites  
parere Pupieno, & Balbino, ambos ludi-  
briis affectos miserrimè occiderunt, ac  
Gordianum jam antea creatum Cæsarem,  
Augustum acclamârunt.



DECAS V.

✿ Ab anno 240. ad 250. ✿

✱(241. **P**ax Ecclesiæ refulget, quâ Præ-  
242.) ✱ fules bene usi, Christianam re-  
E 6 ligio-



ligionem propagare, & propagatam ad  
ficiis illustrare pro viribus laborant.

✽(243. 244. 245.)✽ Gordianus Jani  
gemini templum aperit, & cum ingentibus  
copiis adversus Persas Antiochiam  
moven (quæ jam a Sapore tenebatur) &  
hostes tam fortiter premit ut civitates oc-  
cupatas sponte defererent, & præsidia sua  
educerent, quæ omnia Misitheus operâ per-  
acta sunt.

*Erat autem Misitheus vir doctissimus, quem  
ideo dignum judicavit Gordianus, ut filiam ejus  
duceret uxorem, & fidam ejus operam felicitate  
expertus est.*

His temporibus, dum foris belli nego-  
tiis occupantur gentes, tranquillâ adhuc  
pace Ecclesia perfruitur. Quamquam præ-  
fectis impiis prætextus ac modi non deer-  
sent, Christianos subinde martyrio afflic-  
tiendi, & suam impietatem in eos ex-  
tendi.

✽(246.)✽ Misitheus Imperatoris So-  
cer Philippo Arabe impellente, fraude me-  
dicorum è vivis tollitur, & Philippo Præ-  
toria præfectura à Gordiano confertur.  
Philippus ad hæc pravâ regnandi libidine  
æstuans, milites reddit Gordiano infensos,  
& persuadet ut spoliatû Imperii Ornamen-  
tis trucidarent. Scripsit tamen ad Sena-  
tum



tum eum morbo extinctum esse, atque inter Divos referri iussit, parum sollicitus an inter Divos sit, modò inter vivos non esset.

PHILIPPUS turpi pace cum Sapore Persarum Artaxersis filio initâ, à Senatu Imperator confirmatur, qui rempublicam laudatissimis institutis quamprimum moderari, & invasi Imperii labem delere studuit: spemque magnam fecit Christianis suæ ad Christum conversionis.

\*(247. 248.)\* Origenes à Fabiano Romam vocatus, ut se purgaret, & revocaret, quod contra rectam fidem docuerat, comparet: an apertè retractârît, an callidè fermentum suæ hæreseos absconderît sub aliqua larva pietatis, dubium est.

Cum in scholas venisset Origenes in quibus Plotinus Platoniorum Gentilium Princeps, & Ammonii Christiani Philosophi per undecim annos Alexandria auditor profitebatur, Plotinus statim genas rubore suffusus assurrexit, & sermones suos continuare ab Origene rogatus, respondit studium loquendi cessare, quando qui loquitur animadvertit, se ad illos qui idem ipsi noverint verba facturum; atque ita cum pauca quadam differuisset, discessit, ex quibus patescit, quanta fuerit Origenes æstimationis.

\*(249.)\* Putat Baronius, circa hoc tempus Philippum Imperatorem Christo nomen

nomen



nomen dedisse, & sacris aquis immersum, quicquid contra Gordianum peccaverat abluisse. Quod verò post baptismum susceptum deliquit, publicâ exomologesi coram Fabiano Pontifice & Clero Romano id deterfisse, scribit, & secutum esse Davidem Pœnitentem, qui peccantem imitatus fuerat.

Orosius de Philippo testatur, quod in anno sæculari, ( qui erat hic ipse annus Romæ conditæ Millesimus ) cum se ad sacrificandum Diis accingeret, Pontii Præfecti adhortatione & institutione à superstitionis Gentilitiæ officiis abstinuisse, & unâ cum filio à Fabiano baptizatum esse. Quod verò historici de Philippo plurimum non meminerint, id Ethnicorum scriptorum invidiæ adscribendum videtur.

Eusebius refert in suo Chronico, hoc anno montem Atlantem suo loco motum esse.

✱(250.)✱ Cyprianus genere illustris, potentiâ clarus, suæque civitatis Senator primarius, disciplinis Philosophicis, & eloquentiæ laude insignis posteaquam Christianam fidem amplexus est, cum antea suis magnæ admirationi esset, per ludibriū postea loco Cypriani Coprianus, seu potius, ut alii scribunt, Caprianus, id est Stercorarius



rius appellatus est; quasi elegans ingenium, & rebus melioribus aptum ad aniles Christianorum fabulas convertisset. Christianis autem magnum lumen Ecclesiæ esse cœpit, & firmamentum adversus Gentiles: unde etiam Cleri totius & populi consensu hoc ipso anno Carthaginensis Episcopus electus est.

Refert Pontius Diaconus de Cypriano, quod Christianus factus seculo penitus renunciaverit, divitiis quas longo tempore congregavit in pauperes erogatis, conjuge suâ & liberis dulcissimis Cécilio (à quo ad fidem conversus fuerat) commendatis, Christianum autem factum esse jam annis senescentem ex sui ipsius testimonio constat. Fabula verò est, deditum fuisse magiæ, quod potius alteri cuidam Cypriano patriâ Antiocheno convenit, qui Nicomediæ cum Iuliana sub Imperatore Diocletiano passus est.



## DECAS VI.

✱ Ab Anno 250. ad 260. ✱

251. **A** Lexandriæ à mago quodam gra-  
 252. **A** vis persecutio in Christianos excitatur, quâ multi fidem negare recusantes tormentis gravibus necati sunt. Quos inter Apollonia virgo excussis dentibus mal-

malu-



maluit se in rogam ardentem injicere,  
quàm loqui verba blasphemix.

*Baronius putat eundem magum fuisse, qui po-  
stea Valerianum adversus Christianos concitavit.*

✽(253.)✽ Decius, ceu dignior Impe-  
rio, a militibus purpurâ vestitur, adversus  
quem progressus Philippus cum ingenti-  
bus copiis prælio victus & cæsus est. Vo-  
lunt quidam eum à militibus suis Veronæ  
occisum, medio capite supra ordinem den-  
tium præciso, filium verò Romæ à Præto-  
rianis interemptum.

*Scribunt etiam Philippum juniorem à quinta  
ætatis suæ anno tam serium semper vultum præ-  
tulisse, ut nullo commento ad risum excitari po-  
tuerit, qui & Patrem in ludis secularibus petu-  
lantius cachinantem, vultu adversante corripi-  
verit.*

Decius cognomento Trajanus Philippo  
successit, qui statim filium suum Herenni-  
um Etruscum Messium Decium Cæsarem  
dixit: vir fortis bello clarus, ac dignus Impe-  
rio, nisi tyrannide acerbissima, quâ in  
Christianos sæviit, decus suum & nomen  
fædasset. Auctor septimæ persecutionis.  
Tyrannidis suæ exordium sumpsit a  
capite Ecclesiæ Fabiano, quem initio sui  
imperii è medio sustulit, irâ & invidiâ su-  
pra modum accensus, quòd videret falsam  
Deo.



Deorum superstitionem ubique neglectui  
esse, & Christi fidem ubique per orbem ter-  
rarum magnis incrementis invalescere.

De hac persecutione scribit Cyprianus,  
(cui & divinitus prænunciata fuit) tormenta  
illata fuisse sine fine, tortores sine exitu, damna-  
tiones sine solatio mentis, quæque ad coronam non  
facile dimitterent, sed tam diu torquerent, donec  
desicerent.

Meminit idem Cyprianus triplicis classis eo-  
rum, qui in hac persecutione lapsi sunt ex Chri-  
stianis alios appellat SACRIFICATOS &  
THURIFICATOS, qui hostias vel thus im-  
molassent. Alios idololatrias, qui quemlibet religio-  
nis cultum publicè exhibuissent; & alios LIBEL-  
LATICOS, qui vel per se, vel per alios clam nega-  
verunt Christum, obtentis pro pecunia tabellis  
securitatis, ne amplius inquirerentur. Lapsi au-  
tem isti non recipiebantur, nisi post diuturnam  
penitentiam. Plurimi etiam admonitionem  
Christi secuti fugerunt, quos inter Cyprianus  
quoque tantisper occultavit se, ut sic plus eccle-  
sia prodesset, ac furori insano, quo leonibus ob-  
ijciendus quærebatur, se se subduceret cum aliis  
plurimis è Clero, ita ut sedes occiso Fabiano sat  
longo tempore viduata maneret. Clero interim  
Romano quantum occultè fieri poterat eam pro  
viribus curante.

In hac Persecutione martyres propè  
infi-



infiniti feliciter coronati sunt, alii fortiter confitentibus, & ærumnis agitis ac fugâ vel spontaneâ elapsis, aut Iudicum sententiâ extorribus factis.

Paulus Anachoretarum Princeps post mortem parentum suorum, relicto valdè locupletè Patrimonio, (cujus indisciplinandi cupidine maritus sororis ejus æstuans cum cœpisset eum prodere vellet ad montium deserta confugit, ibi persecutionis finem Præstolaturus, sed necessitatem vertens in voluntatem ibidem persistit usque ad annum ætatis suæ centesimum decimum tertium. In hac persecutione Deciana inter alia tormentorum genera fuerunt, qui melle peruncti & sub ardentissimo sole ligatis manibus post tergum resupinati muscarum aculeis confossi tandem post longos cruciatus martyrio coronati sunt.

Fuit adolescens quidam florentissimus qui in amænissimos hortos abductus, ibique resupinatus in molli lecto rosarum, & ne se excutere posset, blandis è serico nexibus irretitus est. Quo cum adveniens meretrix speciosa delicatis complexibus, & attrectationibus corpus ad libidinem concitaret sentiens se miles Christi voluptate superari, quem tormenta antea non vicerant,



rant, cœlitus inspiratus præcisam morfu  
linguam in osculantis faciem expuit, ac  
sic libidinis sensum succedentis doloris  
magnitudine superâvit.

Sæviente hac tempestate septem quo-  
que juvenes in antrum fugientes, occluso  
à persecutoribus ostio in Domino obdor-  
miverunt, qui nomen consecuti & di-  
cti sunt SEPTEM DORMIENTES; sic  
appellati, quia vel sub Theodosio Ju-  
niore referato ostio, ac iterum inventis  
eorum corporibus, veluti redivivi ap-  
paruerunt, atque interea temporis, scili-  
cet ducentorum annorum decursu vel  
somnia capti delituerunt; vel ex consueto  
divinæ scripturæ loquendi usu, quæ verè  
& piè defunctos dormientes appellat.  
Utrum hi septem verè obierint, an verè  
dormiverint certò definitum non est,  
rectè interim tam in Græca, quàm in Latina  
Ecclesia horum Sanctorum anniversaria  
memoria celebratur.

Memorant hoc ipso tempore fædissimè  
lapsum esse Origenem, & dedecoris aut  
tormentorum metu thus Diis obtulisse, vel  
ita se gessisse ut id passim fecisse credere-  
tur: quòd cum multi magnique Scripto-  
res negent, id ipsum relinquitur in me-  
dio, & sufficit, controversiam hic propo-  
sitam esse.

Me-



Memorabile & illud hac turbulentâ ætate accidit de Gregorio Thaumaturgo Neo-Cæsareæ Episcopo quòd ipse quoq; sicut Cyprianus & Dionysius Alexandrinus, divino consilio in solitudinem secesserit, gentilium furorem declinans, cumque diligentissime quæreretur, accidisse aliquando, ut flexis ad orandum genibus cum suo Diacono ab inimicis inventus circumdaretur, quibus tamen ambo arbores esse visi sunt, ut sic manus eorum intacti evaserint.

Decius contra Persas moturus Romæ reliquit Valerianum cum summa Censuræ potestate, & facultate legum scribendarum: quâ ille usus adversus Christianos, Persecutionis æstum insanum multò ferocius accendit. Inde factum, ut multi Martyres in Persecutione Decii & Valeriani passi legantur, quos constat non sub hoc, sed aliis tyrannis martyrio affectos esse.

✱(254.)✱ Antequam Cyprianus Ecclesiæ suæ restitueretur, ortum est schisma Felicissimi in Africa, in causa lapsorum. Hos enim recipiendos esse dicebat, contra antiquam, receptamque Ecclesiæ disciplinam.

Novatus Episcopus Africanus (quam furente adhuc tempestate persecutio-



tionis) Romam se confert, ad seminandum in Ecclesia discordias. Quare sedecim Episcopis qui Romæ, præsentibus erant cum cætero Clero coëuntibus, Christianæ Religionis Caput & summus Pontifex electus est Cornelius Patria Romanus ex Patre Cassino, Vir de Ecclesia Dei meritissimus, per omnia dignitatis Ecclesiasticæ officia ascendens, ad apicem supremi honoris.

### NOVATUS & NOVATIANI TURBATORES ECCLESIAE.

**N**Ovatum hisce coloribus depingit Cyprianus: *Fuit rerum novarum cupidissimus, avaritiæ inexplebili rapacitate furibundus; arrogantia superbi tumoris inflatus; hæreticus semper & perfidus, omnium Episcoporum voce damnatus; adulator ut falleret; nunquam fidelis ut diligeret; fax & ignis ad seditionis incendia excitanda, turbo & tempestas ad fidei faciendâ naufragia; hostis quietis; tranquillitatis adversarius: pacis inimicus: spoliavit pupillos, fraudavit viduas, pecunias Ecclesiæ denegavit: Patrem suum in vico fame mortuum, nequidem post mortem sepelivit: uterum uxoris calce percussit, & abortione properante in parricidium partum expressit.* Hæc de Novato Cyprianus, ob quæ, ut ait, cum mox eiciendus esset de ecclesia, iudicium Episcoporum voluntariâ discessione prævenit, & se-



& seipsum à communione Catholicorum præscidit.

Novato porrò insolescente contra Cornelium Pontificem Ecclesiæ supremum, factum est, ut Felicissimi nomen propè exolesceret. Sed & Novati nomen, post conjunctionem initam cum Novatiano, ferme sepultum fuit, secta Novatianorum non à Novato, sed à Novatiano appellationem trahente. Atque ita massa impietatis ex Novati & Novatiani hæresi coagulata est.

Erat autem Novatianus Presbyter Romanus ex Philosophia & dicendi peritu magno fastu inflatus, ideóque contra Cornelium invidiæ stimulis agitatus, & societate nefandâ Novato conjunctus adversus ecclesiam & caput ejus insurrexit, & impudenter nimis à tribus simplicioribus Episcopis vi & fraude ad hoc adactis, eisdemque in hunc finem inebriatis, claudesinè Romanus Episcopus ordinatus est homo inquinatissimus, & qui ante baptismum susceptum à spiritu maligno exorcistarum operâ liberatus fuit; ac post baptismum Presbyter factus, in persecutione talem se esse negavit. Hic adeò fuit in schismate fulciendo sacrilegus, ut etiam in dispertienda sanctissima Eucharistia suos cogeret jurare per corpus & sanguinem Christi.



Christi, quod nunquam essent deserturi  
Novatianum & ad Cornelium redituri.

**HÆRESIS NOVATIANORUM QUI ET  
CATHARI AC REBAPTIZANTES  
DICTI SUNT.**

I. **N**ovatiani baptismum suscipere distule-  
runt usque dum ægri in lecto decumbe-  
rent, unde contingebat, ut sæpe fitto animo vel  
metu mortis baptismus susciperetur, & negligenter à sanis expeteretur.

2. Omittebant Novatiani consuetas ecclesiæ  
Ceremonias in baptizando.

3. Novatianus sicut ipse (quanguam Cleri-  
cus) sigillo Confirmationis signatus non fuit, ita  
& alios consignari non permisit.

4. In fide multum Ariarizabant Novatiani.

5. Conabatur Novatianus in ecclesiam infer-  
re doctrinam Stoicorum, & speciatim suis affectibus  
persuadebat, omnia peccata esse equalia.

6. Conspirabant Novatiani cum Montani-  
stis & Tertullianistis, tum ad damnandas se-  
cundas nuptias, tum ad intercludendum pœni-  
tentie ac reconciliationis aditum illis, qui semet  
post baptismum lapsi erant.

7. Symbolum Apostolorum mutilârunt, ne-  
gantes remissionem peccatorum esse in Ecclesia,  
& claves regni cœlestis esse in Ecclesia.

8. In locum pœnitentiæ, à se exclusæ, inve-  
hebant



habant secundum baptismum & eos qui in nostra  
Ecclesia baptismum susceperant, rebaptizabant.

9. Volebant vocari *CATHARI*, id est puri.  
& suam prætentam puritatem dixerunt esse su-  
periore[m] eâ, quam doctrina Apostolica com-  
pletitur.

10. Candidis se se vestibus induebant, &  
quales se prædicabant, tales in colore apparebant.

11. Discipuli Novatiani suum Magistrum  
nomine martyris honorabant & appellabant.  
eò quod à Romano Concilio ab omnibus esset ex-  
communicatus.

### HÆRESIS ORIGENIS ET ORI- GENISTARUM.

1. *O*rigenes Adamantius (à quo orti sunt Ori-  
genistæ) seipsum aut ferro, aut Phari-  
sæo castrando, dedit Valesiis occasionem erro-  
stabilendi, de seipsis castrandis, ac generationi  
humanâ hoc modo impediendâ.

2. Quamvis Filium Dei crederet ex essentia  
Patris genitum, creaturam tamen esse Origenes  
cum suis blasphemabat.

3. *JESUM* Christum per Gratiâ tantum  
& adoptionem filium Dei esse dicebat.

4. Et Spiritum sanctum creaturam esse con-  
tendebat.

5. Mentiebatur, filium DEI cum hominibus  
comparatum esse quidem veritatem, sed cum  
Deo Patre collatum esse mendacium, & tantum  
distare.



diffare *JESU M* Christum à Patre, quantum  
distant Apostoli à *JESU* Christo.

6. Negabant Filium Dei unigenitum posse vi-  
dere Deum Patrem, & Spiritum sanctum posse  
videri ab Angelis, & hos ab hominibus.

7. Fingebant hominis animam esse corpore  
antiquiorem, imò verò animas humanas esse An-  
gelos, ac virtutes superiores in peccatum lap-  
sos, & eam ob causam in pœnam hisce corpori-  
bus quasi carceribus inclusos, ut in his primum  
judicium subeant.

8. Dicebant Regni *JESU* Christi futurum  
finem.

9. Non esse orandum filium cum Patre, quia  
filius non esset auctor petitionum indulgenda-  
rum, sed tantum supplicator.

10. Negârunt Resurrectionem Mortuorum.

11. Negabat apertè Origenes ullam post hanc  
vitam inter viros & fœminas fore sexus distin-  
ctionem.

12. Negabant Origenistæ damnatorum pœ-  
nam fore perpetuam, & Dæmonum infernum  
cum temporali purgatorio commutabant, cujus  
expleto tempore cunctos ad Regnum Dei per-  
venturos credebant, & vice versâ putabant  
eos, qui sic liberati fuissent, in easdem rursus  
pœnas ruituros, talemque beatitudinis ac miseriae  
vicissitudinem semper in creaturis ratione præ-  
ditis fuisse, & semper futuram.

F

13. Ori-



13. Origenis doctrina fuit Paradisum  
lum, & similia nequaquam secundum litteras  
accipienda, sed figurativè per tropos &  
gorias.

His erroribus quanquam esset inquinatissimus  
Origenes & propterea ab Episcopo Alexan-  
dri Demetrio, & à Papa Anastasio, & à  
Synodo generali postea damnatus, nihilominus  
contestabatur velle se semper fidem Catholicam  
sequi, & Christianum nominari.

Advertat Lector inveniri auctores, qui  
rosq; errores memoratos in alium quendam  
genem, tanquã authorem conicere contenti  
sed Baronio ac præcipuis Doctoribus & Patribus  
videri alterum illum Origenem præter  
mantium planè fictitium esse, qui ferret  
probra Origeni vero objecta.

✱(255.)✱ Post habita plura concilia  
de relapsis ad Ecclesiam recipiendis, præ-  
cipuè Carthagenensi quadraginta duorum  
Episcoporum Synodo portæ Ecclesiæ  
pensis, qui se pœnitentes verè demonstra-  
rant, apertæ sunt, ut ad instantem per-  
secutionem (quam Patres illius Synodi  
multis divinitus factis ostensionibus præ-  
videre significabant) communione SS. E-  
ucharistiæ tutiores redderentur; de quo  
Cyprianus, idoneus inquit esse non potest  
Martyrium, qui ab Ecclesia non armatur



pralium, & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit, & accendit: Decretum quoque editum, ut lapsi reciperentur, ne ex desperatione lapsi Novatianis non tantum schismaticis, sed etiam hæreticis declaratis se conjungerent.

Gallus & Volusianus inchoatam à Decio persecutionem acriter urgent; sed Gallus mox Pestilentia absumptus pœnas Deo dedit importunæ crudelitatis: Pestilens enim morbus ex Æthiopia egressus, Orbe Romano fœdè grassata est, præsertim in Ægypto & Africâ, cujus causâ, Cyprianus librum scripsit de mortalitate, ut qui à Deo mortis admonebantur, eandem Christianè & piè obirent.

Scribunt alii Hostilianum perpetuam, regnantibus Gallo & Volusiano, Imperatorem à Senatu creatum esse, ad extirpandos, quod Decius coeperat, Christianos. Ideoque Hostilianum potius persecutionis instauratorem, Gallum autem & Volusianum persecutores fuisse.

Cornelius Pontifex Romanus post gloriosam tum suam, tum Cleri totius confessionem, unâ cum maxima cleri parte exul mittitur ad Centumcellas, quoniam ejus operâ SS. Apostolorum Petri & Pauli corpora honorificentius sepulta fuerant,



Lucina pientissimâ fœminâ adnitente, ad hoc prædium suum donante. Sed cum turba credentium ad exulem concurrere & litteræ undique ad illum ex omni parte orbis mitterentur ( quod inter cæteros Cyprianus frequenter fecit ) revocatus est in urbem, & plumbatis cæsus, atque ad templum Martis raptatus, ibi Christus confitens capite plexus est.

Suffectus est in Pontificatu Lucius Romanus, qui fuerat cum Cornelio expulsus & mox iterum in turpius exilium amandandus.

✱(256)✱ Grassantur in ultionem Romanis Christiani, pestis, fames, & bellum. Recrudescit motus Persarum, Armeni occupatâ, Thessaliam & Græciam incursantium, quibus aliæ quoque barbaræ nationes ad Romanos invadendos sese infuderunt.

Æmilius Æmilianus scriptus ab aliis Julius Æmilianus limitis Sarmatici in Mesia Dux fugavit Scythas, eisque prædæ omnes ex variis gentibus collectas eripuit, quibus suos omnes ditavit. Hinc ab acclamatus est Imperator & Gallus ac Volusianus tanquam inertes explosi; hi autem cum motus illos sedaturi proficiscuntur, à suis interfecti Principatum Æmilianus reliquit.



reliquerunt. Ignavi homines, & ad Christianorum inermium quàm hostium sanguinem fundendum paratiores. Neque tamen diu imperio potitus est Æmilianus, post tres enim menses aut extinctus morbo, aut à suis interemptus est: Licinio Valeriano & Ignatio Galieno filiis ejus Imperatoribus acclamatis. De quibus magna concepta spes tandem cum dedecore evanuit.

Mortuus est hoc anno Origenes, qui ubi bene scripsit, nemo melius; & ubi male, nemo pejus, inquit ex consensu veterum, Cassiodorus. De quo vix dubitari potest, quin æquè à Deo quàm ab Ecclesiâ reprobatus sit; quamvis ab aliquibus nimis benignè, si non temerariè, excusetur.

✽(257.)✽ Lucius cum vita Pontificatum per Martyrium deponit, cum multa egregiè de disciplina Ecclesiæ sanxisset.

Lucio succedit STEPHANUS Romanus sui juris & Pontificiæ auctoritatis fortis assertor.

Sanxit LUCIUS ut duo Presbyteri & tres Diaconi in omni loco. Episcopum assiderentur, nec discederent propter testimonium Ecclesiæ.

Invaluit magnus error in Ecclesia apud quosdam, qui in sacrificio tantum aquam offerebant, absque aliqua vini commixtio-



ne, ideo AQUARII appellati. Errandi occasione sumpserunt ex eo, ut perfectione urgente Christiani summo mane, potius tempore nocturno convenienter secretò ad sacram synaxin, ex vini odore si sub aquæ speciebus Eucharistiam sumpsissent, non detegerentur.

Cyprianus Concilium celebrat Episcoporum in Africa, in qua præter cætera memorabilia illud severè improbatum & mulctatum est, quòd moriens Christianus Presbyterum filiis suis tutorem ex testamento nominasset, contra Ecclesiasticos Canones. Quod facinus severè sancta Synodus ulta est, & iussit pro eodem defuncto sacrificium non offerri, ut sic daretur cæteris exemplum, ne quis posthac Sacerdotes ad sæculares molestias evocaret à altari, cuius officio Clericus consecratus est.

✠(258.)✠ Quoniam controversia de rebaptizandis hæreticis nondum terminata fuit, Cyprianus cum suis Afris Episcopis Synodo habitâ affirmativam sententiam sancivit, quam etiam ratam habuerunt Firmilianus Cæsareæ in Cappadocia, & Dionysius Alexandriæ Episcopi: sed negantem partem contrariâ Synodo definiavit Stephanus Papa, & quidem rectè, quan-



(quantumvis contra multos) id definitum esse, Arelatensis Plenaria Synodus iudicavit. Duæ igitur columnæ Ecclesiarum Stephanus & Cyprianus nonnihil colliferunt, adeo ut Cyprianus contra Stephanum insurrexerit, neque satis concocta scripserit; quin & Firmilianus naufragatus est in his motibus, factus Quartodecimanus. Sed uterque tum Firmilianus ab hæresi resipiscens, tum Cyprianus cum Afris Episcopis decretum suum rescindens, & Cathedræ Petri se submittens (quod Augustinus & Hieronymus testantur) ostendit magnos & sanctos viros nonnunquam dissidere, sed charitatis vinculum non rumpere: cadere interdum, sed resurgere, eorum errores lapsus esse, non ruinam, & desperationem.

✱(259.)✱ Incipit Octava persecutio sub Valeriano & Gallieno ( Sulpitio Severo nona ) Concitata hæc est à mago quodam Ægyptio impellente Valerianum, cuius artibus ita dementatus est Imperator, ut ad victimas immolandas vir alioqui sapiens & gravis descenderet. Laniæ initium factum in Stephano Papa quem Imperatorii satellites inter Missarum solennia trucidârunt.

Stephano in sede Pontificia successit

F 4

Six-



Sixtus Atheniensis, antecessorem suum  
mox in Martyrio assecuturus.

✠(260.)✠ Edicto prohibentur con-  
ventus Christianorum in Cemeteriis. Pa-  
sim, in exilium eijciuntur Antistites Eccle-  
siæ, quos inter Cyprianus nominatim &  
Dionysius Alexandrinus. Econtra ab-  
actis bonis pastoribus varii lupi rapaces  
Hæretici sub diversis hæresiarchis in Ec-  
clesia grassantur.

### HÆRESIS NOËTIANORUM ET SABEL- LIANORUM.

**N**oëtiani à Noëto ejusq; discipulo Sabellii  
progeniti in his potissimum errabant.

1. Tres Sanctissimæ Trinitatis Personas in  
unam confundebant, adeoq; Patrem æquè ac Fi-  
lium natum ac Passum esse: ideo Patripassiani  
quoque appellati.

2. Negabat Sabellius **JESUM** Christum  
Salvátorem esse, ac primogenitum omnis crea-  
turæ.

3. Sabellius Spiritum S. intellectu & cogni-  
tione spoliabat.

4. Sabelliani Catholicos inter alia in eo dam-  
nabant, quòd multi fierent monachi, quòd  
omnia seculo renunciantes.

Dicitatur à quibusdam, Gregorium Thaumatur-  
gum favisse Sabelliano dogmati: Sed he-  
tanti viri sanctimonia credere non patitur.

H.Æ.



## HÆRESIS ANGELICORUM.

**A**ngelici, quorum auctor incertus est, hanc denominationem obtinuerunt, quòd mundum ab Angelis conditum dicerent, seque in ordinem Angelorum insererent, propter puritatem vite, cui se studere fingeant. Putant aliqui distos esse Angelicos etiam à loco quem incoluerunt ultra Mesopotamiam, qui Angelica dicebatur.

## HÆRESIS APOSTOLICORUM SEU APOTACTICORUM.

**A**postolici, Encratitarum & Catharonum soboles, hanc nomenclationem arroganter sibi assumebant, quia neque uxores ducendas, neque aliquid possidendum esse docebant.

Monachorum instar & Clericorum Ecclesie Catholice vivebant, & ceteros in suam communionem admittere renuebant.

Divites & conjugatos damnabant: quo extremo sese hereticos esse manifestabant, separantes se ab Ecclesia & docentes nullam spem salutis eos habere, qui rebus his uterentur.


Secundò prætenti Apostolici actis quibusdam apogryphis S. Andreae & S. Thomae plurimum utebantur.

Tertiò volebant appellari etiam Apotactici, hoc est RENUNCIANTES, quòd omnia bona terrena renuntiarent.

F 5

DE-





## DECAS VII.

✽ Ab anno 260. ad annum 270. ✽

261. ✽ **S**ixtus Papa Diaconis ac Sub-Diaconis stipatus Romæ occiditur. Post hunc evocatus ab Imperatore Laurentius Ecclesiæ bona, cuius ipse Oeconomus erat, tradere jubetur, sed ea illico in pauperes effundit, ac pro thesauris inopum turbam ad Palatium deducit; rabie igitur efferatus Valerianus duplicique igne accensus furoris, & avaritiæ, martyrem subiectis prunis in craticulâ torrerî jubet, in qua cum aversâ corporis parte ustulatus esset, petiit in adversam converti, ut tota ejus caro edulis esset. Fortitudine tantâ omnibus spectantibus ingens admiratio, quibusdam etiam fidei æstimatio & cupiditas injecta est.

Passa eodem tempore S. Eugenia: fuso pro Christo & fide sanguine, quàm Patre Philippo Præfecto Augustali illustrior.

Sixto successit in Pontificatu Dionysius Atheniensis vir magnæ pietatis & funestis illis temporibus sede Pontificiâ dignissimus.

DE

F2

S. Cy-



S. Cyprianus ad Martyrium revocatus est, quod tantisper declinavit, ut id Carthagine subiret, & Ecclesiam suam suo sanguine tingeret. Capite truncatus est à milite, cui viginti aureos dari iussit.

✱(262.)✱ Scythæ per totum Romanum Imperium volitantes innumerabilem prædam colligunt, Trapezuntem diripiunt, Chalcedonem occupant, Nicæam & Nicomediam accendunt, Dianæ etiam Ephesinæ templum inflammant. Valerianus ergo diu tergiversatus in Bithyniam pergit ad eam tutandam, sed Spectator tantum fuit ingentium calamitatum. Hinc pergit in Orientem contra Saporem, quem muneribus ac pecuniâ placare conatus est, sed ab eo captus & mancipii instar vilissimi habitus, ac demum, cum non ut captivus, sed ut desperatus loquitur, ejusdem Saporis jussu vivus excoriatus, atque salitus est. Testantur Aurelius Victor & Eutropius, quamdiu Valerianus vixit captivus, Saporem eo incurvato, quasi suppedaneo usum subsellio, equum conscendere consuevisse. Ultione hac profectò dignus erat, qui toties Christi Religionem pedibus conculcaverat.

Hæc cum audivisset Gallienus, licet deliciis immersus, tanti mali non saporem



sed Deum agnovit auctorem, patris sui severum & iustum ultorem. Quare finem posuit persecutioni Christianorum, ne profusus sanguis in ejus caput majorem calamitatem refunderet.

Extincto Valeriano Macrianus dux collecto exercitu, cui cum Balista præerat, Imperium usurpavit magno Gallieni contemptu ignavissimam & luxuriosissimam vitam Romæ agentis. Tunc etiam simul triginta Tyranni caput extulerunt, Aureolus in Illyrico, Valens in Achaja, Piso in Thessalia, Æmilianus in Ægypto, Posthumus in Galliis, & alii alibi, a militibus suis oblatum sumpserunt Imperium. Qui tamen inutiles Gallieno non fuerunt. Odenatus enim decurio aut Princeps Palmyrenorum, regio assumpto nomine, cum Zenobia uxore virilis animi sceminâ, & cum filiis Herode, Herenniano & Timolao, collecto exercitu Saporem vicit, victumque Cesiphontem usq; insecutus est. Vir ad bella natus, & venandis hostibus assuetus cum uxore sua bellicosissimâ & in qua forma cum robore decertabat.

✱(263.)✱ Devicto Sapore Odenatus in Macrianum movet, qui cum filiis Macriano & Quieto adversus Gallienum rebellavit, sed Quietum tantum reperit eum.



eumque interemit. Balista quoque qui Macriano auctor fuerat tyrannidis in agro apud Daphnem, ubi privatus degebat, à quodam gregario milite Odenati interemptus est.

Macrianus cum filio Macriano movens adversus Aureolum ab ejus Duce Domitiano superatus & cœsus est.

Regillianus qui à Mœsis purpuram induere compulsus erat, ab eisdem, ne Gallienum vindicem severum experirentur, interemptus est.

Saturninus a suis militibus, à quibus Princeps creatus est, occiditur.

Æmilianus Victus à Theodoto Gallieni Duce in carcere ut grassator strangulatus est.

Posthumus à Gallieno & Aureolo (quorum Gallienus initâ pace militem suum conjunxerat) victus est, sed & Gallienus in eo bello sagittâ vulneratus, neuter tamen tunc occubuit; sed Posthumus cum septem annis fortissimè Galliis præfuisset, una cum filio à rebeli Lolliano trucidatus est.

Lollianus cœsus à Victorino est, quem consortem Imperii Posthumus fecerat, & ejus auxilio Gallienum retuderat.

Victorinus occisus est Agrippinæ ab  
Actua-



Actuario quodam, cujus uxorem stupra-  
verat, cum in eo nihil præter castimoni-  
am desideraretur. Mater ejus Victorina  
seu Victoria, *Mater Castrorum dicta*, sta-  
tim Victorinum Juniores suum nepotem  
Cæsarem creavit, mox à militibus inter-  
fectum, & eodem tumulo cum Patre inclu-  
sum. Cum ergo Victoria Augusta tantæ  
se moli imparem videret, primò selegit  
Marium olim fabrum ferrarium, virum ex-  
imii roboris, qui tantum triduo imperavit.  
Secundò Pesuvium sive Pinesuvium Te-  
tricum, cujus & filium Cæsarem dixit, qui  
mox ambo sponte Aureliano Principi se  
submiterunt, & bellum civile Gallicum sine  
sanguine finitum est.

Floruit interim Oriens sub Odenato:  
qui etiam Gallieno charus erat, ab eoque  
propter egregia facinora dictus Augu-  
stus, Sapor metuendus. Sed perfidiosè à  
suo consobрино Mœonio etiam hic inter-  
fectus est, cum filio suo Herode, quem  
Zenobia ex alia conjugē natum, filiis suis  
Herenniano & Timolao prælatum aggrè  
videbat, unde etiam cum Mœonio con-  
spirasse creditur contra Adonatum mari-  
tum suum. Sed & Mœonius per errorem à  
militibus suis dictus Imperator ob luxu-  
riam brevi ab eisdem sublatus est. Post  
quem



quem Zenobia suscepit Imperium & dignam se eo præbuit, Ptolomæorum, & Cleopatæ orta sanguine, summo dedecore Gallieni, qui fœminam hanc imperantem in Oriente pati compulsus est.

Fuerunt præter memoratos adhuc alii ex Tyrannis, qui turbas magnas moverunt. Trebellianus Isaurorum potius & Grassatorum Dux quam Princeps. Celsus in Africa septimo die principatûs sui cæsus & a canibus voratus. Valens æmulus Martiani, & Piso Frugi cognomento Theffalicus immissus à Macriano ut Valentem occideret. Titus de se minùs quam de uxore Calphurnia notus, Censorinus scurrarum loco Claudius dictus, felix ad omnia sed infelicissimus Imperator.

Ab his aliisque tyrannis laceratum est Imperium Romanum cum Valerianus gemeret in vinculis, & filius ejus Gallienus in deliciis volutaretur.

In hac autem dilaceratione res Christiana multum propagata est. à barbaris enim gentibus abducti passim captivi Christiani Christum in regna intulerunt, & fidem implantandi occasionem in sua captivitate invenerunt, voluitque Deus ex tantis imperii malis facere proventum magnum suæ Religionis, & ex eclipsi imperii, lucem suæ Ecclesiæ affundere.



✱(264.)✱ Cum totus ferè orbis terrarum implicaretur contentionibus, & grassationibus triginta tyrannorum, singulari tamen Dei providentiâ perstitit Galienus, quia pacem is dederat Christianis.

Christiani tamen non ita quiete perfructi sunt, ut non exagitarentur à se invicem. Fuit enim hoc ipso tempore Episcopus quondam Catholicus Nepos appellatus qui Millenariorum doctrinam nondum à Sede Apostolica penitus damnatam magnis viribus promovere conatus est, & multos Sectatores sibi collegit.

Venit quoq; Romam Porphyrius, dictus alio nomine Malchus, quod Syrorum linguâ REGEM significat, sed detortâ appellatione ad purpuram regiam Porphyrius veluti purpureus à Longino, quod sublimibus studiis vacaverit, nominatus est. Fuit ille Philosophus sectâ Platonicus, & Religionis Christianæ hostis acerrimus, & apostata à fide factus, quia Cæsareæ Palæstinæ iustam majorum suorum reprehensionem furiosus homo ferre non poterat, caninâ rabè hic austerus homo contra Christianos Romæ debacchatus est, viribus Plotini adjutus, & supra modum insolescens. Quicquid tamen conaretur magnis Christianæ rei incrementis terminos ponere cum suo

Plo.



Plotino & omnibus Platoniceis nequivit. Sed neque à Gallieno exauditus est, quam omnibus modis id impetrare laboravit, ut civitatem Platoniceis Philosophis inhabitandam extruere liceret, quam Platonopolim appellarent: cum econtra rudes Piscatores qui è Schola Christi prodierunt, non unâ civitate dogmatum suorum sectatores concluderent, sed totum orbem terrarum eisdem adimplerent.

✽(265. 266.)✽ Paulus Samosatenus errores suos sub protectione Imperatricis Cænobixæ spargit in Ecclesia. Erat autem Zenobia Conjux Odonati, de quo supra dictum inter 30. tyrannos, mulier insignis pudicitix atque prudentix, scientiis variis instructa, quæ in Græcis litteris usa est Præceptore Longino Philosopho, sed & cupida Christianarum litterarum, ac legum, malè consulta adscivit sibi magistrum Paulum Samosatenum Episcopum Antiochenum hæreticum, qui eam docuit Judaizare, ut tradit Philastrius, imò asserit Athanasius ipsam fuisse Judæam, & addit Nicephorus, Paulum cum illam Judaizantem ad rectam fidem perducere vellet, in hæresin Artemonis impegisse, igitur mirum non est Paulum sub protectione Zenobixæ, suæ vel discipulæ, vel Magistræ



stræ Christianis plurimum negotii facessere potuisse.

## HÆRESIS PAULIANISTARUM SEU SAMOSATENORUM.

1. **P**Ernegârunt Ebion & Artemon, Jesum Christum ab æterno filium Dei extitisse, sed esse simplicem hominem, ex quo tempore natus fuit ex Maria, neque de cælis descendisse.

2. Sabellium imitati, tollebant Personarum in essentia distinctionem, tametsi alio modo, afirmando videlicet Verbum & Spiritum sanctum semper esse in Deo, non tamen substantialiter & Personaliter, sed eo pacto quo proprium verbum homo habet in animo suo, hoc est non ut personam æternam, sed ut verbum quod proferatur, & quasi quendam aërem.

3. Christo divinitatem auferentes, virum tamen justum appellabant.

4. Non baptizabant in nomine Sanctissime Trinitatis, ideò rebaptizandi erant, qui ab eo baptizati fuerunt.

5. Corruptibilem dicebant Jesu Christi sanguinem in Eucharistiæ Sacramento, quoniam illic dividitur ac funditur.

6. Abrogârunt Psalmos in Ecclesia cani solitos in honorem Jesu Christi, & statuerunt ut faminae proprias ipsius Pauli Samosatani laudes in Ecclesia canerent ipso magno die Paschatis.

7. Pau-



7. Paulianistæ affirmabant suum Paulum de  
cælo venisse, & Angelum vocabant.

8. In ritibus & dogmatibus aliis plurimum  
Judaizabant.

Adversus Paulum Synodus Antiochiæ  
coacta est anno 266. cui interfuerunt Fir-  
milianus Cæsareæ Cappadociæ, Grego-  
rius Thymaturgus Cæsareæ, & frater ejus  
Athenodorus Ponti, Hymenæus Hieroso-  
lymitanus & alii magni nominis Episcopi.  
Damnata est omnium calculis Pauli hære-  
sis; qui pollicitus se mutaturum senten-  
tias non est expulsus è sede, quanquam  
moribus etiam corruptissimis fuerit, ut  
credibile est, propter discipulam ejus Ze-  
nobiam, cujus tum maritus in Oriente po-  
terat omnia. Atque ita cautum est Ecclesiæ  
ut novis turbis non exagitaretur.

Extincta sunt hoc anno magna duo Ec-  
clesiæ Orientalis lumina, Dionysius Ale-  
xandriæ, & Gregorius Neo-Cæsareæ Epi-  
scopi, viri apprimè docti & hæreticorum  
hostes acerrimi. Gregorius verò numera-  
tis prius fidelibus Ecclesiæ suæ, septem  
tantum invenit ab ea extorres, & gratias  
Deo egit, quod totidem tantum in suo  
ingressu in sedem Deo vero mancipatos  
invenisset.

Di-



Dictus fuit Thaumaturgus propter miracula ingentia & ferè continua, quale fuit, Mons recedere iussus ad ecclesiæ fabricam, Lycus fluuius suo baculo ad ejus ripas coërcitus, propter quod etiam sui sæculi Moses appellatus est. Voluit non proprio, sed alieno tumulto sepeliri, ut vivus & mortuus, alieni soli inquilinus esset, qui tamen magnæ venerationi fuit, nec inter terræ motus prope infinitos, quibus regio sæpe afflictata est concussus unquam, ut hoc prodigio demortui inconcussa fides significaretur.

✱(267. 268.)✱ Gallienus voluptuosus ignavam vitam trahit: unde novis quotidie tyrannis surgentibus & velut Harpyis furibundis imperium lacerantibus, tum milites, tum cives atque senatus Gallienum averfantur, & Claudius Dux insignis militiæ in Thracia de vindicando sibi Imperio consilia capeffit.

✱(269. 270.)✱ Gallienum duces sui ferre ultra non poterant, jocantem cum perderet imperium, itaq; eum ipsum perdere statuerunt. Martianus qui Scythas sæpe domuerat, & Ceronius seu Cecropius Dux Dalmatarum fraude eum interimendum decernunt. Fingunt itaque Aureolum adesse, quem Gallienus bello appetebat, ad



ad eum dum progredi parat juxta Mediolanum cæsus est, & cum illo frater ejus P. Licinius Valerianus. Hic finis fuit Gallieni, quem ad excidium Imperii natum esse, nemo negare potest. Cujus improbitas triginta tyrannos armavit in Romanam.

Successit Gallieno Marcus Aurelius Claudius origine Dalmata, delectus a toto exercitu, & universo senatu approbante, quasi dignissimus, qui corrupta emendaret.

Divinæ Providentiæ iterum singulare encomium est, quod tot hostibus Claudius obsessum reperiret imperium: erat enim hostis Christianorum infensissimus, sed difficillimis bellorum occupationibus intentus, haud facile potuit animo conceptam carnificinam exercere. Qui enim tot tantisque belli curis distractus nihilominus sævit tum in milites prætorianos, & uxores eorum, ac liberos quos sine discrimine tolli è medio jussit, quantâ non ferociâ Christi religionem & professores ejus diripuisset & lacerasset? si liber à curis, in hisce victimis immolandi furori suo imperii annos occupare & consumere potuisset? si quidem acta SS. Martyrum hoc testantur, quod magno numero omnis sexus & conditionis Christiani sub initium statim imperii à Decio

Decio



Decio obtenti, passi, & variis mortis gene-  
ribus sublati sunt.



DECAS VIII.

✻ Ab anno 270. ad annum 280. ✻

271. **C**laudius Imperator posteaquam  
 ✱ Gothos feliciter subegit, tre-  
 centis viginti millibus cæsis, & bis mille  
 navibus depressis, pluribus Regibus captis,  
 abductis mulieribus tantâ copiâ, ut cuili-  
 bet victorum tres cederent, post tam in-  
 signem & incredibilem ferè victoriam ad  
 Hemimontium lue tactus interiit.

Successit Claudio frater Marcus Aurelius, Claudius Ovinillus, is tametsi dignissimus imperio fuerit, quia tamen gravem se ac verum Principem ostendit, a militibus occisus est decimo septimo imperii sui die.

Electus post hæc communibus suffragiis  
Lucius Domilius Aurelianus Sirmio oriun-  
dus, obscuro genere natus, sed rebus ge-  
stis clarissimus, ut qui uno die in bello Sar-  
matico quadraginta octo suâ manu inter-  
fecit.

Obiit hoc anno Plotinus Philosophus  
Platonicus, natus annos 66. in Campania,  
quò recesserat ulceribus plenus, sed animo  
quàm corpore multò turpior.



✱(272.)✱ Instituitur Antiochiæ alterum concilium adversus Paulum Samosatenum, hæresin suam restaurare conantem: in quo coram Episcopis (ut scribit Eusebius) propè infinitis finitimarum regionum congregatis, à Presbytero Malchione de multis criminibus accusatus, & convictus, è sede dejicitur, substituto in ejus locum Domno filio Demetrii vel Demetriani, omnibus virtutibus exornato. Sed restitit Paulus, & ex Episcopali domo cedere renuit. Itaque provocatum est ad Aurelium Imperatorem, qui rescripto jussit, ut illi domus tribueretur, cui Italiæ & Urbis Romæ Episcopi per litteras tribuendam præscriberent: tuncque penitus Paulus ejectus & Domnus inductus est. Ecclesiæ autem ab Imperatore (cui jam tunc Romani Pontificis in Ecclesiam universalis quædam potestas innotuerat) pax & tranquillitas reddita. Aurelianus tamen ab idolorum cultu non abstinuit sed ferventer promovit. Ex Diis autem præcipuè Herculi additus fuit, quem etiam Augustum, & consortem Imperii nominavit, & cum ex vivis regni socium non toleraret, voluit saltem habere unum ex mortuis.

Mortuus est Romæ Dionysius, cui in Pontificatu successit FELIX Romanus, quem cum hac dignitate multa pericula manebant.



✠(273.)✠ Aurelianus obtentâ contra Alemannos & Marcomannos victoriâ, victor in urbem rediens in senatores seditiones severius animadvertit, neque satis justè neque satis leniter, uti sperabatur, Imperium auspicatus, tunc enim timeri cæpit Princeps optimus, qui antea tantum amabatur.

Roma hoc anno cœpit primo muris cingi, cujus pomerium Aurelianus ad 50 millia passuum extendit.

Christiani refugientes idolorum cultum arguuntur tanquam seditionum, (quibus Roma exagitata tunc fuit) concitatores, fatale igitur edictum contra Christianos elaboratum est, cui subscribere volens imperator miraculo præpeditur, manu ejus quasi enervi, subito occultâ vi quadam elanguescente, ut subscribere non posset; Passi sunt nihilominus sub eo multi Martyres culpâ haud dubiè Præfectorum.

✠(274.)✠ Aurelianus proficiscitur in Orientem cum exercitu, & adversus ZENOBIAM Palmyrenorum Reginam, ad Propontidis usque fauces Imperium suum tunc extendere molientem. Sed fines illi adventu Imperatoris contracti sunt, Chalcedonem enim Ancyramque recepit. Tyzenam autem sibi occludi indignatus, juravit, se



contra  
riâ, vi-  
s fedi-  
e satis  
batur,  
timeri  
antum  
se canem in oppido non relicturum. Cum  
verò ea prodita esset per civem Heracle-  
monem, & proditorem occidi passus est, &  
militibus direptionem urbis postulantibus  
nihil aliud permisit, quàm canes occidere,  
ne perjurus ipse, & illi crudeles inveni-  
rentur.

ZENOBIÀ cum validissimo suo exercitu  
ab Aureliano cæsa prope Antiochiam, ne  
ab Antiochenis cum reliquiis sui exercitûs  
invaderetur, capite cæsi hominis (qui non  
malè vultu Aurelianum referebat) per to-  
tam urbem circumlato, cives in officio  
continuit. Sed mox iterum tentatâ belli  
aleâ atque secundâ vice ab Aureliano pro-  
pe Edeffam cæsa ZENOBIÀ Palmyrum  
fugere coacta est, ubi obseffa fortiter diu  
resistens, tandem Imperatoris litteris in-  
vitata se dedit: quam cum milites ad  
necem poscerent, reservari cum filiis ad  
triumphum maluit. Itaque Aurelianus  
gloriosè triumphans captivam Zenobiam  
Romam induxit, & post triumphum libe-  
ram dimissam, maximèque in senatu lau-  
datam, possessione in agro Tiburtino cum  
filiis superstitibus donavit. Eusebius atque  
Eutropius asserunt magno cum honore  
Romæ consenuisse. Addit Baronius, val-  
de credibile esse, quod fastu Imper.iii exu-  
ta, &

G

ta, &amp;



ta, & damnato jam Paulo Samosateno im-  
pio magistro suo, Christianâ fide ex in-  
tegro imbuta fuerit, & Christiana obierit,  
in cuius honorem postea præcipua quæ-  
dam familia Romæ Zenobia nuncupata est.

✱(175.)✱ Felix Papa Martyrio coro-  
natur, & cum eo passim multi Christiani.

✱(276. 277.)✱ Turpissima Manichæ-  
orum hæresis prodiit, exordia ejus ita se  
habent. Scythianus quidam, genere Sa-  
racenus, vir dives & improbus, & utcum-  
que doctus, errorem de duobus Principiis  
ex Pythagoræo dogmate divulgare coepit  
in Palæstina, ubi confutatus, Magiæ se de-  
didit, ac tandem ex morbo interiit. Dis-  
cipulus ejus fuit Terebinthus, qui Scrip-  
torum Scythiani & pecuniæ factus hæres,  
à Palæstinis exagitatus fuit usque in Persi-  
dem, à quinque Sacerdotibus SOLIS vexa-  
tus, & jam ab iis capiendus, fugit ad vidu-  
am, apud quam dum Magiæ de nocte va-  
caret supra domum ascendens, & aëreos  
dæmones invocans, divinitus percussus at-  
que de domo prostratus & extinctus est,  
libris & pecuniis apud viduam relictis. Hæc  
vidua cum hærede careret, servum emit  
nomine Curbicum, quem etiam præcepto-  
ribus instituendum tradidit, à quibus tan-  
tum didicit, quod ad disputandum auda-



der & præfractè satis esset. Defunctâ vi-  
 duâ per quam fuerat adoptatus, hæres  
 bonorum ejus atque librorum servili no-  
 mine deposito, MANEM se, hoc est Per-  
 sico nomine *disputatorem* vel etiam *Vas* ap-  
 pellavit, alludens ad illud D. Pauli VAS  
 ELECTIONIS EST MIHI ISTE, & hæresin  
 confinxit, ac discipulos accivit. Eorum  
 operâ cùm emisset Christianorum libros,  
 ex iis traxit, quæ putaret ad suum dogma  
 esse, & licet non semel confutatus, haud  
 tamen animos despondit, sed perfrictâ  
 fronte se semper victorem asseruit. Cùm ve-  
 rò Persarum Regis filium medicis expulsis à  
 quibus facile sanari potuerat, precibus suis  
 sanandum spondidisset, nec stetisset pro-  
 missis, infante mortuo, fugiens, & inter-  
 ceptus à Satellitibus Regis, ejusdem jussus,  
 Persarumque more, arundinibus vivus ex-  
 utus cute, & feris objectus est, pelle ad lu-  
 dibrium suspensâ. Unde sectatoribus ejus  
 commune postmodum esse cœpit, ut arun-  
 dinibus incubarent, unde & MANARIi  
 dicti sunt, homines vulgò sceleratissimi,  
 ut eorum secta semper esset sentina im-  
 probitatis. Atque hæc sunt pestilentis  
 hujus hæresis initia, cujus auctor celeriter  
 extinctus, longas propagines reliquit.



SCYTHIANI ET BUDDÆ SEU  
TEREBINTHI IMPIA  
DOGMATA.

**E**Mpedoclis & Pythagoræ doctrinam affectantes ambo Scythianus, & Budda ( alio nomine Therebinthus ) duas statuerunt naturas, seu Principia contraria, unum bonum, scilicet amicitiam, & alterum malum, nempe discordiam.

2. Dicebat Buddas, se ex Virgine natum, & in montibus enutritum esse:

3. Buddas quatuor libros composuit, vel potius hereditate à Scythiano accepit, inscriptos de Mysteriis, de Evangelio, de Thesauris, de Capitibus, In his putabat fideliter veritatem expressam & contineri salutem.

HÆRESIS MANETIS ET MANICHÆ-  
ORUM SEU ACUANORUM, MATTAR-  
RIORUM, CATHARISTARUM  
& MACARIANORUM.

1. **M**ANES jactavit se JESU Christi Apostolum, ita tamen ut simul sicut Montanus, diceret, se esse Paracletum à JESU Christo promissum.

2. Duodecim Manes discipulos numerabat, respondentes numero Apostolorum, quem numerum etiam tempore S. Augustini observabant Manichæi: nam ex ipsorum electis duodecim erant, quos Magistros vocabant, & decimus tertius horum Princeps constitutus. Præter quos  
erant



erant 72. Episcopi à Magistris, & Presbyteri  
ab Episcopis, Ordinati: qui Episcopi Diaconos  
habebant & reliqui simpliciter nominabantur  
ELECTI, & ex his quoque mittebant, quos cen-  
sebant idoneos ad instruendum, & docendum  
suos errores.

3. Gloriabantur Manichæi se de cælo illu-  
minatos esse, & Spiritum sanctum impertiri.

4. Duo Manichæi statuerunt Principia con-  
traria eterna & coeterna, sive duas naturas &  
substantias, unam boni, mali alteram, duorum  
instar Deorum, quos credebant Gnostici, Cer-  
donistæ & Marcionistæ.

5. Putabant Manichæi carnem omnem at-  
que etiam terram esse Deo coeternam.

6. Dicebant Diabolum esse suapte naturâ  
malum. Idem quoque credebant de aliis crea-  
turis & nominatim de homine, Deum bonum hu-  
jus auctorem esse pernegantes.

7. Veteres Manichæi asserebant hominem in  
forma bestiae conditum esse.

8. Aiebant Evam inanimatam immobilem-  
que creatam fuisse.

9. Innumera tum animo concupiebant, tum  
ore narrabant somnia de sole, luna & elementis,  
contra manifestam veritatem. Solem trian-  
gularem esse fingeant. Et JESUM Christum  
appellabant solem materiale, solem etiam &  
lunam speciali cultu adorabant, diu ad solem



quacumq; parte ille esset & noctu ad lunam se in orationibus suis convertentes. Neq; aliter quam stantes orabant.

10. Fingebant Patrem æternum in aliquo lumine occulto habitantem, Filium verò in sole habitantem, & sapientiam in luna, sanctum autem Spiritum in aere.

11. Mundum hunc vocabant Paradisum, & Christum arborem Paradisi, quã cognitum est bonum, imò Manetis cohors ausa est appellare serpentem arboris, renovatã execrandã Ophistarum Phrenesi.

12. Putabant totum hominem à duobus Principiis creatum esse, videlicet corpus naturaliter malum à Principio malo, & animam à principio bono formatam esse.

13. Fingebant unam eandemq; animam in omnibus hominibus, animalibus, & plantis optima quæque Philosophorum axiomata hoc delirio convellentes.

14. Immemores suorum fundamentorum Manichæi docuerunt duas esse animas in unoquoque homine: unam bonam, infusam à bono Principio, & alteram malam à Principio malo, quæ principia totes inter se pugnare dicebant, quoties caro concupisceret adversus spiritum aut spiritus adversus carnem.

15. Dicebant bonas animas ejusdem esse nature cujus est Deus, itaq; creaturam creatori equiparabant.



16. Expansis brachiis Manichæi adorabant concupiscentiam tanquam Deum mali.

17. Renovârunt errorem de animarum transmigratione, quam Pythagoras olim docuit; speciatim autem docebant, animam homicidæ statim post mortem in hominis occisi corpus transire, & eorum animas qui carnibus vescuntur, in eas ipsas animantes transmigrare, quarum carnibus magis præ cæteris vescebantur; & idem erat iudicium de iis, qui plantis & qui fructibus comedendis plus addicti erant; similiter fingebant animas electorum suorum transire iterum in ordinem electorum, & animas auditorum in belluas transmigrare, similiter transmutari post mortem animas fœminarum in virorum & virorum in corpora fœminarum.

18. Delirârunt Manichæi eo usque, ut belluas aliquâ intelligentiâ & ratione præditas dicerent, & plantis quoque sensum ac dolorem tribuerent. Unde inferebant, rem esse illicitam & crudelitatem plenam agros colere, & zizania eradicare &c. Persuadebant tamen auditoribus suis talem illis culturam condonari, quia inde suos electos alerent, qui verò se electos ex Manichæis profitebantur, illi nec agros colere, nec pomum legere, nec arboris folium avellere volebant. Nefas id sibi esse prætexentes, & expectantes, donec hæc omnia sibi in suum usum ab auditoribus suis afferrentur. Idem in carni-



bus comedendis faciebant, nimirum creatorem ciborum calumniantes, optimos cibos devorabant.

19. Audientes tonitrua Manichæi & cernentes fulgura auctorem illorum blasphemabant.

20. Manichæi repudiabant prophetas, quasi non à Deo, sed ab uno ex Principibus tenebrarum edoctos, & novum testamentum mutilabant, adulteratum id esse prætendentes.

21. Apocryphas quasdam farragines anteposuerunt veræ scripturæ, & inter has Pseudo-Evangelium secundum Thomam, à quodam Thomâ Manetis discipulo editum.

22. Negârunt esse unam JESU Christi & Patris æterni substantiam, sed esse JESUM Christum tantum partem substantiæ Patris, & ex suis Principiis, quod homo secundum corpus esset à malo Principio, inferebant Christum tantum apparenter assumpsisse carnem, ex Virgine natum, passum & suscitatum esse.

23. Resurrectionem mortuorum abnuebant.

24. Criminabantur damnatum esse Joannem Baptistam, neque illum in Christum credidisse.

24. In odium materiæ, culpabant illum honorem, quem nos Sanctis Martyribus, eorumque reliquiis deferimus, & idololatrias nos esse calumniabantur, festa etiam tum in memoriam

San-



Sanctorum, tum Christi convitiabantur, & abrogata volebant.

25. Baptismum aquæ nullius esse fructus calumniabantur, tametsi illo uterentur.

26. Magiã utebantur Manichæi & Demones aliquo cultu adorabant.

27. Negabant ex pane fieri corpus Christi, & Gnosticos imitati pro materiã Eucharistiæ adhibebant semen humanum farine commixtum, & suos Electos compellebant communionem inde accipere, & ex eo ipso, quod erubescere debuissent, ipsi ansam sumpserunt sibi nomen Catharistarum sive Purificatorum assumendi.

28. Matrimonium ut Diabolicum inventum averfabantur, & si matrimonium ex secta sua quispiam inivisset, jubebant eum conceptum generationemque devitare. Virginitatem in Catholicis damnabant.

29. Detestabantur si quis Catholicis Eleemosynam porrigebat, illud suæ crudelitati prætexentes, nullum materiæ subsidium esse afferendum.

30. Repudiabant Decalogum, quia non unum, sed plures Deos, bonum scilicet & malum adorabant.

31. Dominationem politicam & temporalis despiciebant, bellum quoque malum & illicitum agebant; incusantes Moysen, quod Ægyptios impugnasset & spoliasset.

G S

32. Om-



32. Omnia fato, hoc est absoluta necessitate subiiciebant.

33. Peccati Originem non à libero arbitrio, sed à malo Principio esse fingeant, plane liberum arbitrium negantes, & quia corpus credebant esse à malo Principio: ideo omni turpitudine inquinandum esse dicebant, in contumeliam scilicet atque contemptum, ideo noctu suos electos in vigiliis convocabant, & extinctis luminibus feminis, quæ aderant, ad suas libidines beluino more abutebantur.

34. Uvas edebant Manichæi, sed vinum & mustum ut fel diaboli abominabantur.

35. Priusquam manducarent, loco benedictionis alimenta apposita & preparatores meditationibus impetebant, leto tamen ore cibos appositos carpentes.

36. Crimini ducebant carnibus vesci, imò Catharistæ nequidem ova, caseum aut lac gustabant, quæcunq; necessitas id postularet.

37. Omne iusjurandum Christianis interdictum esse affirmabant.

38. Res erat Manichæis indifferens, quam quisque vellet religionem sectari. De Manichæis denique plurima refert S. Augustinus, & inter cætera, quàm versipelles fuerint in erroribus suis inserendis in animos simplicium, ostendit exemplo Manetis, qui cum in Catholicum aliquem incidisset, qui tedium & muscis patiebatur,



conatus est persuadere illi, primò, muscas non esse à Deo bono, sed à Dæmone seu malo principio: deinde à muscis ad apes, ab apibus ad locustas, à locustis ad lacertas, à lacertis ad aves, ab avibus ad pecora, ab his ad homines gradum faciens persuasit tandem simplicem Catholicum, non à Deo sed à Diabolo se conditum esse, ideoque adorare eum quoque debere.

Hec & similia de Manichæis æque ridicula quàm absurda plurima refert S. Augustinus hostis acerrimus tam nefariæ sectæ.

✽(278.)✽ Aurelianus ob nimiam severitatem suis odiosus redditus, in expeditione adversus Persas iter agens, scelere alicujus ministri Mecaporis dicti, cui Secretorum officium commiserat, interemptus est. Mnestheus cujus fraude & instinctu crimen patratum est, bestiis obiectus luit, Cæsar autem inter Divos relatus est, Dux melior, quàm Princeps. Siquidem primâ principis dote, clementiâ caruit.

Post interregnum octo mensium creatus est à Senatu M. CLAUDIUS TACITUS, ad Cornelium Tacitum referens Originem.

✽(279.)✽ TACITUS Princeps, peregre moratus, & dignissimus imperio, Christianos amplius urgeri non est passus, inquit acta Charitonis. Itaque Ecclesia in







ac se Francos linguâ patriâ, hoc est LIBEROS HEROAS dixerunt) in vindictam suorum in Galliis interemptorum latè Imperium Romanum depopulantur, & occupatis in Ponto navibus, Græciæ Asiæ ac Lybiæ littora terrent, & Syracusas in Sicilia capiunt. Unde spoliis divites superato Herculis freto incredibili audaciâ per oceanum redierunt in patriam, egregio edito monumento antiquæ gloriæ Francorum, quos postea Christiana Religio longè clariores effecit.

✽(283.)✽ Probus Imperator post illustrem triumphum de Germanis & Blemis, Sirmium in patriam venit, nec sinens otiosos esse milites suos, sed ad novum bellum Persicum præparans, ab eisdem occiditur & MARCUS AURELIUS CAJUS eligitur unâ cum duobus filiis CARINO & NUMERIANO, nondum Augustis, sed tantum Cæsaribus declaratis.

EUTICHIANUS Papa Martyrio afficitur, & CAJUS, origine Dalmata, affinis Diocletiani, in Pontificatu sufficitur.

Constituit Eutichianus Papa, ut Sacerdos in Ecclesia terræ frugibus bene precaretur, non quòd antè non fieret, sed quòd sanctione id nondum decretum erat. Ad quod sanciendum causam præbuere Manichæi, qui frugibus terræ  
tan-



*tanquam à Principio malo ortis maledicebant.*

✽(284.)✽ CAIUS Imperator cum exercitu movens in Persas à fulmine percutiente extinguitur. Et NUMERIANUS more obitus Patris sui ægrotans ab ARRIO PRO SOCERO suo ac Prætorii Præfecto paulò post interficitur; dignus hac cæde, qui Christianis plurimas cædes intulit. Sed & Aprum Diocletianus manu suâ interemit (ut necem Numeriani ulcisceretur.)

Diocletianus obscurissimo loco natus, Diocleo Dalmatiæ oppido, (unde & Diocletianus appellatus, sive à matre eodem nomine Diocleadieta) a militibus Imperator acclamatur.

✽(285.)✽ Lysias, Constitutus à Diocletiano Præfectus Ciliciæ fuit in Christianos, & magno numero tormentis subijcit, quos inter Cosmas & Damianus Ægeæ coronati sunt.

✽(286.)✽ CARINUS Imperator postquam multis præliis cum Diocletiano conflixisset, demum de summa Imperii apud Margum in Moesia adversus eundem pugnans à suis proditus & derelictus, unius ex suis tribunis gladio necatus est, cujus conjugem polluisse dicebatur. Quâ obtentâ victoriâ Diocletianus cum Maximiliano liberum imperium administravit.

Hæ



Hæ bellæ duæ ferocissimam in Christianos persecutionem moverunt & ut Christianorum nullus evaderet belluinam eorum ingluviem, edicto jusserunt, ut nulli quidpiam vel vendere, vel emere liceret, nisi statuis Deorum passim collocatis thura prius incenderet: fueruntque constituti circa vicos, insulas & aquas compulsores, qui neque molendi, neque aquas hauriendi, potestatem facerent, nisi iis qui idolis libassent.

Militavit sub Diocletiano Sanctus Sebastianus pro Christi fide fortiter propugnanda factus scopus sagittarum. Omnium autem Martyrum, sub his cruentis hyænis occisorum nomina & triumphos, quis enarrabit? & quæ volumina conscribendis tot martyrum gestis sufficiunt?

✱(287. 288. 289.)✱ Hi anni vix aliter quam laniena Christianorum continuâ transacti sunt, ut temporum istorum *Æra* non Diocletiani sed *Æra Martyrum* appellaretur. Non defuerunt circa eadem tempora feræ quoque pessimæ vineam Domini, (quam Martyres suo sanguine fecundârunt) devastare molientes hæretici, quos inter caput extulerunt *HIERACITÆ*, quorum auctor fuit *HIERAX* quidam ex *Leonto Ægypti*, quem multæ litteræ ad  
eam



eam infaniam redegerunt, ut plures hæreticorum errores in unam massam conflaret.

### HÆRESIS HIERACITARUM ET ABSTINENTIUM.

1. **H**ierax cum suis asseclis negabat imprimis resurrectionem carnis.

2. Noluerunt admittere in suam ecclesiam conjugatos, verum Monachos duntaxat, Simoniales & non conjugatos.

3. Autumabant Hieracitæ Infantibus, quòd nihil adhuc promeriti essent, regnum cælorum intercludi.

4. Melchisedecianorum ineptias instaurabant Hieracitæ.

5. Negabant extremæ unctionis Sacramentum à Deo institutum. Hieracitas alio nomine Philastrius vocat Abstinentes, eò quòd matrimonia dissuaderent, & dissolverent, & quanquam comederent, cibos tamen tanquam à diabolo creatos condemnabant, tantâ dementiâ, ut cibos coram aliis sumere recusarent.

✠(290.)✠ Martyres bestiis objecti ab illorum dentibus illæsis triumphant, sed feris immitiores homines non perpercerunt, qui ferro confoderent, quos dentes non laniârunt. Hos inter, insigniores Athletæ fuerunt, Tharacus, Probus, Andronicus, &c.

DE





## DECAS X.

✽ Ab anno 290. ad 300. ✽

291. **S**ERENA Imperatrix Augusta Diocletiani uxor favet Christianis, ipsa quoque occultè Christiana, & alios ad fidem Christianā alliciens, atq; confirmans; & hoc quidem utroque Imperatore Diocletiano & Maximiano omne ingenium in everfionē religionis veræ convertentibus.

✽(292.)✽ **FLAVIANUS CONSTANTINUS** CHLORUS magni **CONSTANTINI** parens & **MAXIMIANUS GALERIUS ARMENTARIUS** cognomento ad regnum assumpti.

✽(293.294.295.)✽ Varii affines Diocletiani Martyrii diversis tormentis excruciantur & enecantur. Fuit inter illos **SUSANNA** filia **Gabinii** Christiani quoque & fratris **Caij Papæ**, quæ cū ad nuptias **Galerij** à **Diocletiano** affine, nullis suasionibus nec carcere, nec minis aut arte ullā induci valuisset, Christiana cognita, post evitatem divinā protectione vim à **Galerio** suæ virginitati inferendam, & post **Jovis** statuam, quam adorare compellebatur, precibus suis aliò amandatam, demum ejusdem **Diocletiani** jussu in paternis ædibus capite trun-

trun-



truncata est. Quamvis enim admirabili quodam fulgore corpus Susannæ ambiente Valerius ab inferenda vi absterritus fuerit, non tamen id divinâ virtute, sed magicis quibusdam artibus effectum esse interpretabatur, quod etiam in Martyribus multis, quos bestiae in theatris lædere non poterant, non à Deo sed diabolicâ arte sæpius factum esse impii calumniabantur.

Commiserat autem Diocletianus SERENÆ conjugii Augustæ hanc curam, ut Susannam à Christo abduceret, quod Serena non solum non præstitit, sed & magnopere ad fidei constantiam roboravit, & corpus occisæ propriis manibus curavit, aromatis condidit, velumque, quo sanguinem absterfit, secum in theca argentea circumtulit, coram eo furtivis horis preces Deo persolvens, donec & ipsa sancto demum fine in Domino quievit.

✽(296.)✽ Cajus Papa & affinis Diocletiani propter Susannam martyrio coronatur. Similiter etiam Gabinius pater Susannæ post diuturnas ærumnas gloriosâ morte cælum comparavit, vel ferro peremptus, vel pœdore carceris consumptus.

Marcellinus patriâ Romanus, & patre Projecto natus in Pontificatu succedit.

✽(297.)✽ Legio militum Thæbeorum



Christianorum. cum in lustratione exercitus juberetur Diis sacrificare, abominata impietatem, à Maximiano semel iterumque decimationem passa, tota tandem una cum Tribuno Mauritio à reliquo exercitu interempta est. Ex hoc tempore persecutio invaluit vehementer contra milites Christianos, qui in exercitibus variis merebantur.

\*(298. 299. 300.)\* Visum est Imperatoribus tyrannis eos, qui è militibus Christiani magni numero reperiiebantur potius laboribus atterendos esse, quam frustra ferro necandos: igitur Diocletianus Romæ, & Maximianus Carthagine Thermas struere cæperunt, quarum operibus Christianos milites addixerunt, durissimæque habuerunt, ut vel minimam occasionem arriperent tyranni eos ferro vel flammis inter labores enecandi. Laboribus igitur militum Christianorum septennio Thermæ sumptuosissimæ utrobique absolutæ sunt, & consumatis iis sui quoque laboris mercedem & præmium felices illi latomi receperunt, ad Aquas salvias, Duce Zeno Tribuno, sanguinem pro Christo fundentes, cui toties inter labores sudorem suum consecrârant.

S Æ-



# SÆCULUM QUARTUM.

Continens res memorabiles in Ec-  
clesia, quæ contigerunt ab an. 300.  
ad annum Christi 400.

## DECAS I.

✱ Ab anno 300. ad annum 410. ✱

301. ✱ **D**iocletianus stolidâ superbâ vult  
pro DEO adorari, vestibus in  
hunc finem ex auro se induit & margaritis  
fulgere incepit; cùm moris eò usque fuisset,  
pro insigni Imperii non alio vestimen-  
to, quam ehlamide purpureâ à communi  
vestitu distingui: quo facto docuit abje-  
ctissimos quosque, ubi ascenderunt ad al-  
ta, superbâ & ambitione immodicos esse,  
eoque ferri sublimiùs, quò statu inferiore  
emerferunt.

Maximiliano ludos in circo maximo  
spectante acclamatur à populo duodecies;  
*Christiani non sint*: & decies; *Christiani tol-  
lantur*. Hinc nova occasio sumpta carnifici-  
næ & persecutionis durissimæ in Chri-  
stianos.

THEO.



**T**HEOPHILA Virgo Christiana in lupanar  
intrusa & prostituenda ab Angelo adstan-  
te visibili specie custoditur contra proca-  
cem ganeonem, qui fulgureis radiis ab  
angelico vultu erumpentibus exanimis su-  
bito concidit, & Theophila incolumis ad  
templum Christianorum reducitur.

\*(302.)\* Hermogeniano Prætorij  
præfecto deferuntur Christiani & edictū e-  
mittitur in universas provincias ut, ecclesiæ  
Christianæ diruantur, codices sacri com-  
burantur, qui aliquo gradu honoris functi  
essent, eo decedant, & cæteri vitā in tor-  
mentis priventur:

Sævitur ubique in Christianos tantā im-  
portunitate, ut intra mensem Romæ supra  
decem millia Martyrum numerata fuerint.  
Certatim enim gloriosa in certamina rue-  
batur. Scribitur in una Ægypto occisa  
esse toto tempore Diocletiani centum qua-  
draginta quatuor millia hominum, & sep-  
tingenta millia in exilium esse abacta.

Lictoribus ferro sævientibus in Christia-  
nos, Porphyrius alique Ethnici cala-  
mis & scriptis eosdem compungunt & ex-  
agitant: quorum calamos & scripta fortiter  
obtundunt Lactantius, Arnobius alique  
viri litterati & zelosi ecclesiæ propugna-  
tores.

Refe-



Refertur ad hunc annum lapsus Marcellini Pontificis, de quo legitur in actis antiquis, quod a Diocletiano, cum confideret plus lenitate quam sævitiâ in summo hoc viro effici posse, in templum Vestæ inductus & ad thurificandum leniter persuasus, consenserit, & thus Diis obtulerit inspectantibus viris Christianis sexaginta duobus, qui omnes testes hujus nefandi lapsus fuerint oculati, & fide digni. Sunt nihilominus scriptores etiam insignes, qui Marcellinum ab hoc lapsu egregiè vindicant & veluti calumniam tam sancto Pontifici a malevolis quibusdam scriptoribus, præsertim ejus temporis hæreticis, inustam esse affirmant. Sed quicquid sit verè ne fuerit lapsus S. Marcellinus, vel immotus omnino in tantis motibus persecutionis perstiterit, nullâ ratione hoc firmitatem ecclesiæ infringit, vel auctoritatem ejus debilitat. uti nec Petri negatio Christi ecclesiæ, & columnæ veritatis nocere potuit: S. Augustinus contra Donatistas illorum inquit (scilicet Marcellini, Melchiadis & similium, propter quos inimici Ecclesiæ criminantur Catholicos) *illorum innocentia nullo modo coronamur, & nullo modo illorum iniquitate damnamur.*

Notandum etiam ex eisdem actis, in quibus



quibus Marcellini lapsus commemoratur, valde confirmari auctoritatem primæ Cathedralis Petri ac primæ Sedis; Licet enim de actu infidelitatis accusatus & tot testibus convictus Marcellinus ibi referatur, tamen trecenti Episcopi congregati in sinuessana synodo, in qua Marcellinus pœnitentiâ ductus, & veniam rogaturus propter scandalum semetipsum sponte stitit, nunquam ausi sunt in eum ferre sententiam damnationis, antequam ipse se condemnasset, quin potius ab omnibus acclamatum esse refertur, *Prima Sedes à nemine judicabitur, tu reus tu iudex tuo ex ore justificaberis, & ore tuo condemnaberis, nemo unquam iudicavit Pontificem.*

Præter innumera, quæ hic reticentur martyria, illud memorandum quod Felix Tiburensis Episcopus subivit, in cuius passione luna in sanguinem conversa est. Cruciatu autem ille est, quia sacros codices extradere noluit, cum multi Episcopi Africani, Imperatoris mandato, pusillanimitate & metu turpi in eorundem traditione proditoriè tunc temporis adularentur, & æquè perniciosum schisma adversus ecclesiam conflarent, quam pernitiosum ipsum ferrum carnificis fuerat.

*Observabit pro tam cruentis Christianitatis*  
*seculi*



*Seculis Lector fidelis pro habenda Martyrum estimatione, quod tametsi fuerit immensus eorum numerus, non tamen absque defectu omnes, qui passi erant, in ecclesiasticas Martyrū tabulas relati & cultu Martyribus impendi solito honorati sint. Causa enim & circumstantiæ omnes mortis toleratæ à Primate cujuslibet Provinciæ examinandæ, & à propriis Episcopis locorum accurata de omnibus facienda informatio legitimis testimoniis confirmanda, erat, communicato tum aliis Episcopis consilio veri Martyres declarabantur! Habetur de hoc egregium exemplum Mensurij hoc ipso tempore Carthaginensis Episcopi litteras ad Secundum Numidiæ Primatem rescribentis, quibus illos honore martyrij minime Colendis affirmat, quo non impulsu Spiritūs sancti, sed temeritate quadam, nullā à persecutore factā interrogatione, profiterentur, se sacrosco-  
dices habere, quos non essent daturi: hoc enim erat temerè laceßere Tyrannum.*

✱(303.)✱ *Cyrrhæ in Numidia Synodus celebratur, in qua agitur causa traditorum, eorum scilicet, qui sacros libros in persecutione tradiderunt tyrannis; in qua cum SECUNDUS Episcopus Tigistanus Numidiæ Primas, ferme omnes, qui aderant, hujus criminis convinceret, ipse vicissim accusatus est ejusdem sceleris à Papirio Li-  
manensi Episcopo reo necis filiorum sororis*



risuæ. Itaque qui supererant innocentes  
ad vitandum schisma eos in communio-  
nem receperunt, causâ iudicioque Deo  
Optimo, Maximo relictis?

Passi sunt Martyrium S. Vincentius Cæ-  
sar-Augustæ, S. Agnes Virgo Romana  
duodennis: S. Victorinus Episcopus Pi-  
taviensis ex Pontificia sede: Genesius  
ardeleo & Dioscorus ex scena, Crispinus  
& Crispinianus nobiles Romæ ex futrinâ,  
Anastasia ex carcere & igne, & infiniti alii  
ex variis tormentis, quæ defecerunt po-  
tius, quàm pleni Deo Martyres defice-  
rent. Nec poterat deleri nomen Chri-  
stianum, quamvis trophæis passim erectis  
Diocletianus tanquam Christiani nominis  
triumphator, & sectæ illius oppressor la-  
pidibus & columnis incideretur.

✱(304.)✱ Diocletianus & Maximia-  
nus Herculius, ille ex Imperii tædio, hic  
ne collegæ displiceret, ambo fortâsse ex  
desperatione deprimendæ & abolendæ  
Religionis Christianæ, hic mediolani, & il-  
le Nicomediæ purpuram deponunt, ea-  
demque horâ Constantius Chlorus & Va-  
lerius Maximianus Armentarius creantur  
Augusti, ut hic Illyrico, Græciæ & Orien-  
ti, ille Galliæ, Britannia, Africa, Italia,  
præesset: adjunctis duobus Cæsaribus

H

P. Va-



P. Valerio Severo nepote Galerii, & Galerio Maximino, cognomento Daza, filio fororis Galerii Armentarii.

Constantius Ethnicus, quàm bene de Christianis sentiret, ostendit. Aulicos enim suos aut Christum aut aulam deserre iussit, & eos, qui Christum Imperatori præposuere, retinuit; cæteris dimissis, qui pluris fecerunt hominem quàm Deum, ratus nequaquam fore homini fidos, qui Deo suo infideles extitissent.

Tametsi non obscure faveret Christianis Constantius, feruebat tamen adhuc æstus persecutionis, & omnes hoc anno passos nemo facile numerabit. Præcipui fuere Marcellianus Papa: Theodorus miles templi Cibeles incendiarius; Balahamus rusticus Scævola generosior, Dorothea virgo munere suo admirabili, floribus scilicet & fructibus ex paradiso transmissis Theophilum lucrata, pleræque Virgines per miracula integræ ad Martyrium servatæ, aliique quorum nomina scripta sunt in cælo.

Marcellus Romanus fit Successor S. Marcellini.

✠(305.)✠ S. Januarius cum sociis glorioso Martyrio coronatur.

*Refertur de eo perenne miraculum, quod*  
Nea-



Napoli, quò corpus ejus translatum est, sanguis, qui in vitrea ampulla concretus asservatur, quotiescunq; ad caput admovetur, protinus liquefieri & maximâ omnium admiratione ebullire conspicitur.

\*(306.)\* Constantinus Constantii Chlori filius, obses Romæ relictus à Patre apud duos Imperatores Jovium & Herculiû, hoc anno à Maximiniano Armentario Patri suo repetenti redditur (alii scribunt fugâ se subduxisse) cùm verò Juveni huic transeundum esset per Italiam (ubi meritò sibi a Severo metueret) sic per Italiam decurrit, ut Severianis insequendi potestatem omnem adimeret. Siquidem omnes equos veredarios, quibus ipse non utebatur, mutilabat, atque usui reddebat ineptos, (scribit Baronius: interficiebat) sicque ad Patrem Bononiam pervenit, ut res suas, patre modicum adhuc superstite, stabiliret.

Constantius Chlorus moritur Eboraci: Constantinus filius ejus omnium militum consensu dicitur Cæsar, etiam Augustus appellandus, nisi recusasset, ad cavendam invidiam. Reliquit autem hæredem partis Imperii quam occupabat, Constantinum natum ex Helenâ hospitis sui in Britannia filia, quæ ideo per contemptum

H 2

dicta



dicta est *Stabularia*. Ex Theodora autem Augusta genuit Constantium Patrem Galli & Juliani, Delmatium patrem Delmatii Junioris Cæsaris & Claudium Hannibalianum, qui in nummis Rex inscribitur, videlicet, Ponti in Cappadocia; quibus alii quendam alium Constantinum addunt. His omnibus aliis nihil reliquit præter benevolentiam fratris, quam propter eximias animi dotes sufficere arbitrabatur.

Postquam Constantini Cæsaris imago Romam est delata, Maxentius Suppositivus ab Eutropia filius Herculi, Augustus acclamatus est à Prætorianis, quos promissis corruerat ac Constantini dejectis statuis ejus se inimicum profitetur. Sub iniitiis Maxentius Christianis favere visus est, ut sibi populum Romanum demereretur. Sed eo usque tantum duravit amor, quo usque amanti utilis videbatur.

Circa hæc tempora Meletius Episcopus Lycopolitanus à Petro Alexandrino Episcopo propter gravia scelera depositus schisma conflat adversus Catholicos, & Maxentium in eosdem irritare præsumit. Multò periculosius schisma Donatistarum scæminæ cujusdam factiosæ Lucillæ iracundia peperit, ambitus nutrit, & avaritia roboravit. Res ita contigit: Cum Cæcilia-



ilianus in locum Episcopi Carthaginensis  
Mensurii, Cleri, populi que votis electus, &  
à Felice Episcopo Aprungitano ordina-  
tus esset, statim repetiit à senioribus vasa,  
quæ Mensurius tempore persecutionis eis  
crediderat. Avari autem homines & vasa  
ea retinendi cupidi, junxere se Borro &  
Cælesio repulsam passis in ambitu ejusdem  
Episcopatus, & adjunctâ sibi Lucillâ divi-  
te & factiosâ fœminâ, (quæ jam aliunde  
Cæciliano irata erat,) cum ab eo una tuuc  
temporis adhuc Mensurii Archi - Diaco-  
no increpita esset, quoniam ante commu-  
nionem Os alicujus hominis Martyrium  
passi, sed nondum inter Martyres agniti  
exosculari consueverat. Hi itaque à Cæ-  
ciliani consuetudine se subduxerunt, spar-  
sis litteris per totam Africam, Cæcilianum  
tanquam traditorem infamabant, ideoque  
pro merito suo exauctorandum esse con-  
tendebant. Accersiverunt adhuc Cartha-  
ginem Secundum Tigisitanum Episcopum  
Numidiæ Primatem ac Principem Tradi-  
torum cum aliis quibusdam consimilis fa-  
rinæ Episcopis, qui Synodo Cyrrhensi in-  
terfuerant. Qui Carthagine convenien-  
tes ac seorsim à Cæciliano coeuntes, in  
Diaconio Cæciliani Majorinum Lectorem  
ut Domesticum Lucillæ Pseudo - Episco-



pum creârunt: & hæc Schismatis nefandissimi a Borro, Cælesio, Senioribus & Lucilla conflati exordia fuerunt; quod tamen à nullo ipsorum nomen accepit, sed qui ei adhæserunt dicti sunt Donatistæ à quodam Donato Episcopo de *Casis nigris* in Numidia, homine factioso, & inter illos Episcopos, qui Majorinum creârunt, eminente. Cum verò hic postmodum à Melchîade damnatus esset, negârunt Donatistæ se ab hoc nomen accepisse, sed à Donato, qui Majorino successit, se Donatistas appellari volebant.

#### HÆRESIS DONATISTARUM SEU DONATIANORUM AIT MON- TENSIVM.

1. **D**Ocuerunt Donatistæ, nullos esse malos sed tantum bonos in Ecclesia.
2. Filium in Divinis minorem esse Patre, licet unam eandemq; agnoscerent trium Personarum substantiam.
3. Irritum censebant baptismum Catholicorum, quem ideo transeuntibus ad se de novo conferebant.
4. Baptismum JESU Christi confundebant cum Baptismo Joannis.
5. Sanctum Chrisma conspuebant, pedibusque protereabant.
6. Multi ex Donatistis eos Martyres dicebant, qui seipsos precipites egerunt.



7. Donatus à Melchiade Papa assistentibus alijs Episcopis damnatus Imperatorem appellavit, more scilicet fere communi hæreticorum, qui caput Ecclesiæ non agnoscentes, suas controversas seculari Magistratui submittunt.
8. Donatistæ Episcopi ut ait S. Optatus Millevitanus jusserunt Eucharistiam canibus obici; quamvis non sine vindicta Numinis. Nam iidem canes accensi rabie ipsos Dominos suos, quasi latrones sancti corporis reos, dente vindicæ tanquam ignotos & inimicos laniaverunt.
9. Donatistæ Presbyteris caput radebant, ut eos hoc pacto sacrâ unctione denudarent.
10. Saeris Virginibus & sanctimonialibus caput revelabant, ut harum professionem eâ ratione irritam declararent.
11. Habebant Donatistæ extra muros Romæ cavernam, gradibus circumdatam, in quam statis temporibus conveniebant, unde Montenses Romæ appellati sunt.
12. Carpebant Donatistæ Catholicos quod in Ecclesia concinerent divina cantica ex Prophetis excerpta. Altaria Catholicorum destruebant, & vasa sacra & divini cultûs instrumenta diripiebant, prætexentes quod essent à Catholicis profanata.
- ✽(307.)✽ Maximianus favens Maxentio jubet insidiosè à militibus interfici Severum Cæsarem, & affectat iterum Im.
- H 4 peri-



perium, ideoque Constantino etiam infidiatur, quanquam filiam suam ex Theodora genitam, tanquam arrham fidei & amicitiae suae antecedenter in sponsam dedisset, & simul Augustum nominasset; regnis tamen exuere, quibuscunque posset technis attentavit. Quâ perfidiâ commotus Constantinus, eum cum exercitu persecutus est, & in fugam conjectum ad eò in desperationem adegit, ut apud Masilian laqueo sibi met vitam finiverit. Scribunt alii, interceptum & strangulatum esse.

Hoc anno jussu Maximini forte certamen subiit S. Catharina, Alexandrina virago, genere opibus, pulchritudine & doctrinâ insignis, Philosophorum magistra Martyris Laureâ coronata.

Passi sunt forte & celebre Martyrium Menas Senator Atheniensis & Praefectus Augustalis. Item Hermogenes, qui cum vidisset Menam, post pedum plantas excoriatas, linguam præcisam, & oculos convulsos, nihilominus pristinae sanitati restitutum, aliaque in Mena miracula divinae omnipotentiae considerasset, ipse quoque baptizatus est, qui ad Menam tormentis diris excruciantum missus fuerat à Maximino. Quapropter Maximinus ipsemet confestim Alexandriam veniens, Hermogenem in fide

con-



constantem manibus & pedibus amputatis, & una cum Mena plurimis tormentis exagitatum capite truncari iussit.

\*(308.)\* Africani Schismatici juncti Traditoribus, & ad factionem suam pertractis Episcopis Numidis & Mauritanis, collegerunt Cârthagine numerosissimum Concilium 270. Episcoporum, in quo per septuaginta quinque dies, postpositis omnibus præteritis limata est sententia & decreta, ut Traditoribus immensi criminis reis, si baptizari nollent pro integris communicaretur.

\*(309.)\* Marcellus Pâpa in Catabulo, seu ubi jumenta publica alebantur, pædore ac situ loci, nudus, & cilicio vestitus interiit. Huc à Maxentio delegatus erat, pro Christo mortem ei invidente: quasi Deus absque sanguine Martyres non haberet.

Successit Marcello Eusebius natione Græcus, quem antecessoris sui calamitas nihil deterruit: sed potius patiendi pro Christo ardor accendit.

Sæviit supra modum Maxentius, monstrum libidinis & crudelitatis, non minùs in cives & senatores Romanos, quàm in quoscunque Christianos. Quidquid Urbs Romana mille & sexaginta annis divitia-

H s

rum



rum & thesaurorum collegit, scribitur his ganeo purpuratus dissipasse., habuitque Roma huic monstro subdita, tot tyrannos expilatores & grassatores, quot milites sub Maxentio numeravit.

Memorabilia certamina sunt, quæ in bellis foemineus sexus sub impietatis antesignano Maxentio superavit. Sophronia nobilis matrona Romana cum à militibus Maxentii abducenda esset ad stuprum patiendum, consentiente præ metu marito præfecturam sub Maxentio agente, exiguum temporis spacium postulans ut decenter se ornaret, in cubiculum suum ingressa gladio sibi pectus transfixit, & mortua concidit.

Eadem hac persecutione Pelagia Antiochena virgo cum matre & sororibus ut impuras manus lenonum, quibus Tyrannus eas illudendas tradi jusserat, effugerent, potius mori elegerunt, quàm fœdari: & Pelagia quidem è tecto se præcipitè dedit, mater verò & sorores aquis se immerferunt. Quas ob facinus præclarum S. Ambrosius deprædicat, quamvis enim seipsum interficere nefas sit, pro virtute tamen tuenda si fiat instinctu Spiritus sancti admirandum & laudandum est, non facile tamen imitandum.

Bustum quolibet Imperatorio & festivo igne



igne pretiosius hoc anno paravit Urbs  
quædam in Phrygia, cum universo populo  
Christo addicta, quæ Imperatoris Galerij  
iussu concremata est.

Martyrio quoq; affectus est cum alia turba  
Martyrum propè innumerabili Joannes  
quidam Ægyptius cæcus, qui integros sa-  
crarū Scripturarū libros memoriā tenebat.

✠(310.)✠ Petrus Alexandrinus capi-  
tis abscissione Martyrium consumavit. Hic  
Arium ob schisma Meletiorum expulerat  
ecclesiā, nec eum unquam recipere volu-  
erat, quamvis Achilles & Alexander depre-  
catores accederent, quam primum autem  
Achillas factus est successor Petri Arium  
Pœnitentiā simulantem recepit, & ad  
Presbyteri gradum promovit, imò & Ec-  
clesiæ cuidam Alexandrinæ præfecit cum  
potestate sacras litteras interpretandi. Sed  
infelix lupum inclusit caulibus, cujus mor-  
sum & lanienam paulò pòst Ecclesia sensit.

Antonius Magnus, Anachoretarum Pa-  
ter cupiditate Martyrij in hac persecutio-  
ne obeundi non solum cæteros ad palmam  
adhortatus est, sed etiam ipse veste candi-  
dā indutus ex eminenti loco iudicem pro-  
deuntem suo aspectu invitavit. Verum à  
DEO servatus est, ut ait Athanasius mo-  
nachorum institutioni formandæ.



Dignum est præ multis memorari gloriosum martyrium Potameniae puellae pulcherrimae, ancillae cujusdam viri Alexandrini, quæ cum nunquam ad stuprum viri allici potuisset, ab eodem Domino suo tradita est Præfesto, ea silenter pactâ conditione, ut si mallet ipsius acquiescere voluntati, quam tormenta pro fide Christiana pati, eam restitueret, sin minus, tormentis enecaret. Minitanti Præfesto inter alia supplicia, se eam in vas immensum ahenum ferventi pice repletum demersurum, puella, per caput, inquebat, Imperatoris tui obtestor, ut si apud te statutum est, his me tormentis necare, non simul totam, sed paulatim me in ferventem jubeas immitti picem, ut videre possis, quantam mihi dederit ignotus tibi Christus patientiam. Quod dictum, hoc factum est. Puella intra unius horæ spatium paulatim in ahenum candens demissa, tunc demum defecit, quando pici ebullienti ore tenus immersa stetit.

Sed & in Philemone coraule miro quodam modo effulsit virtus Christi in Thebaide; cum enim Apollonius lector, tormenta expavesceret, Philemoni quatuor aureos dedit, ut se Apollonium mutato habitu fingeret coram præside & cum aliis  
immo.



*Ab anno 300. ad 400.*

181

immolaret: Philemon autem mente divinitus illustratus, qui alienam gerebat personam ut negaret, propriam repræsentans, se in Christum verè credere, constanti voluntate, professus, post varia tormenta insignem martyrij coronam adeptus est: cujus exemplo Apollonius roboratus, ipse etiam forti animo idem martyrium obiit.



## DECAS II.

*\* Ab anno 310. ad annum 320. \**

311. **L**ucianus piissimus æquè ac doctissimus Presbyter Antiochenus Nicomediam deductus ad Imperatorem, coram eo apologiam pro Christianis dixit: propterea conjectus in carcerem, manibus pedibusq; decussatis ad quatuor palos affixus, pridie quàm cæderetur, cum mensa deesset, in quo sacrificaret, ipse humi stratus atque supinus, positus in pectore suo pane & vino, mysteria celebravit, & se atque suos pretiosa Christi carne ac sanguine refecit. Ejus cadaver in mare projectum excepere Delphini & ad Drapanum detulere, facti jubente Deo vespillones. Habuit Lucianus multos discipulos, sed plerosque degeneres, qui in Arrianam hæresin se præcipitârunt.

Sxvi-



Sævitum est hoc tempore non tantum in Romano Imperio, sed etiam in regnis, quæ propriis parebant regibus. Nominatim in Armenia superiore, cui Tiridates imperabat & furebat tum crudelitate in Christianos passim, tum libidine simul in dicatas Deo Virgines, donec fœdo morbo correptus, atque a Gregorio Episcopo Armeniæ divinitus sanatus ad Christum conversus est, trahens exemplo suo magnum numerum subditorum.

Persecutione dirissimâ jam in decimum annum propagatâ placuit vindici Deo Aureorem ejus suâ comméritâ pœnâ afficere. Cœpit igitur Galerius Maximianus Armentarius genitalibus putrefactis consumi paulatim vivus à vermibus, donec pestilenti ulcere simul intumescens pestilentem fætidadmque animam effudit. Antequam obiret, agnovit Dei vindicis manum, & persecutionem Christianorum edicto compressit, jussitque destructa templa resuscitari, sed pœnitentiâ, ut creditur, Antiocho non impar, veniam non meruit. Mortuus à Maxentio genero suo inter Deos relatus est.

Vix respirare licuit Christianis, & persecutionem mox iterum Maximinus resuscitavit, qui post Maximiani mortem unâ cum



cum Licinio liberam adeptus est Imperii Orientalis administrationem. Exarsit autem hæc persecutio, ignem odii atque invidiæ supponente quodam Theoterno curatore Antiocheno homine crudeli & vafro, qui falsa excogitans oracula, asseruit, Jovem Philium (idolum id erat) præcepisse, ut Christiani undique expellerentur, si Imperatores salvum vellent suum Imperium. Eodemque tempore conficta sunt acta quædam Pilati & Salvatoris nostri ingentibus referta blasphemis, & mandato Imperatoris ubique publicata, iussique ludimoderatores eadem pueros in scholis docere, ut sic odium in Christum & Christianos à teneris imbiberent. Denique etiam infames quædam mulierculæ gentiles minis inductæ sunt, ut assererent, se Christianas olim fuisse, sed ob ingentia in Ecclesiis eorum patrata facinorosa libidinesque, ab eis recessisse: quapropter acre in Christianos bellum exarsit.

Eusebius Pontifex diem suum obit & Cathedram Petri possidendam relinquit Melchiadi natione Afro, vel, ut alii scribunt, Miltiadi.

Cum Alexander Achillæ successor Alexandrinæ Ecclesiæ præesset, contigit, ut pueri in plateis Presbyteros se & Diaconos fin-



figentes imitarentur ea, quæ in ecclesiis fieri solebant. Quos inter Athanasius quoque adhuc puer ludendo alios baptizabat, materiâ & formâ consuetâ adhibitâ. Quem Iulianus cum Alexander observâset, & baptizantis Athanasii intentionem quoque examinâset, iudicavit baptismum valide reverâ pueris collatum, neque rebaptizandos esse. Athanasium autem una cum aliis pueris instruendum pædagogis tradidit, & ipse postmodum eundem convictorem suum ac scribam esse voluit.

✱(312.)✱ Annus hic Constantini septimus fuit felicissimus Christianis ob gentiliū afflictiones, quibus fere consumpti atque confecti sunt, bello fame & peste a vindice Deo exagitati: Præcipuè, verò propter victoriam insignem quam Constantinus de cæso Maxentio reportavit. Cum enim ille Romæ libidine pariter & crudelitate grassaretur, Constantinus à Romanis quibusdam invitatus, privatis insuper inimiciis à Tyranno laceratus (utpote qui statuas ejus atq; imagines everterat,) multò potentiùs autem à Christo corroboratus, arma corripuit, & cum adversus tyrannum moveret, sole in Pomeridianum inclinante, vidit cum toto exercitu in cælo  
cru-



crucem formatam ex luce cum his verbis :  
*ἐν τούτῳ νικά in hoc vince.*

Atque sequente nocte Christum aspexit  
 præcipientem sibi, ut ejusmodi quod vi-  
 derat in cælo signum, formari juberet. Hoc  
 signo pro labaro suo in exercitu adhibito  
 cœlestique ope fretus Constantinus obje-  
 ctos Maxentii Duces ad Taurinum, Bri-  
 xiam, Veronam primò profligat, & post-  
 modum ipsum Maxentium cum ingenti-  
 bus copiis prope Urbem occurrentem pe-  
 nitus delet, editis ubique fortitudinis por-  
 tentis. Maxentius dum victus in Urbem  
 se recipit, per pontem Milvium vel multi-  
 tudine degravatum, vel ut Eusebius, scri-  
 bit, intempestivè a machinatoribus solu-  
 tum in Tiberim, decidit, ejusque vortici-  
 bus haustus est. Corpori invento rescis-  
 sum caput, quod hastâ defixum primò  
 delatum est Romam, deinde in Afri-  
 cam, ut omnibus bonis esset in spem & ma-  
 lis in terrorem. Hic exitus fuit Ma-  
 xentii, in quo vitia omnia de primatu cer-  
 tabant.

Ab hoc anno initium sumunt indiçtio-  
 nes, & annus sequens primus numeratur  
 Primæ indiçtionis.

*Est autem indiçtio periodus quindecim anno-  
 rum*



rum juxta consuetudinem Romanorum, qui singulis quindenis emeritos milites honestâ dimissione concessâ, capitationis immunitate liberos faciebant, ut abire possent, si vellent; si vero nollent, privilegiis augerentur. Secundum hanc igitur consuetudinem ab hoc anno quo devicto Maxentio Religio Christiana in libertatem vindicata est, constitutum, & postmodum Niceni concilii auctoritate confirmatum est, ut sublatâ antiquâ, annos per Olympiades computandi ratione, imposterum per Indictiones anni numerarentur, sic ut decimo quinto quovis anno, nova esset indictio. Adhibetur interdum pro Indictione nomen fusionis, aut distributionis quod inde evenit, quia solebat annuè octavo scilicet Calendas Octobris, militibus erogari annona, & indici Imperatoribus similis distributio aut fusio.

✱(313.)✱ Constantinus edictis perfectionem compescit, Licinio & Maximino ut idem facerent invitatis, urbeque ordinatâ proficiscitur in tumultuantem Germaniam. Mediolani sororem suam Constantiam dat uxorem Licinio, ad quas nuptias invitatus Diocletianus venire recusat, senectutem causatus. Sed admissa non est excusatio, minacibusque litteris ab utroque Imperatore, ita territus est (quasi Maxentii demortui, ac Maximini viventis fautor,) ut



ut vitam deinceps terroris plenissimam  
vir sceleratus traduceret, & desperatam  
inter vitam atque probrosam mortem in-  
certus miserrimè fluctuaret.

Maximinus quoque à Licinio in fugam  
conjectus Tarsi in Cilicia mortuus est mi-  
serabili exitu vitæ; totum corpus sen-  
sim exesum in unum ulcus abiit, oculis  
sponte ex capite profiliantibus, hostis in-  
super dictus a Constantino & Licinio ex  
mærore & desperatione miserandam ani-  
mam efflavit.

Donatistæ contra Cæcilianum in Africa  
frementes, eum a Felice Aprungitano malè  
ordinatum esse contendunt & ad Constan-  
tinum provocant, mittuntque libellos sup-  
plices pro sua causa per Anulinum Africae  
Proconsulem, quibus Imperator iudices  
eligit Romanum Pontificem Melchiadem  
cum aliis Italiae Episcopis, eisq; adjun-  
git Maternum Agrippinæ, Rhæticum Au-  
gustoduni & Marinum Arelatensem Epi-  
scopum. Ab his Synodus habita est in do-  
mo Faustæ in Laterano, qui causa diligen-  
ter excussâ, pro Cæciliano pronunciâ-  
runt, & Melchiades Donatum graviter  
reprehendit, ac cum Majorino ad concor-  
diâ revocavit, Repugnaverunt autem Do-  
nati-



natistæ, omnes conditiones pacis pertinacissimè respuentes.

Moritur Melchiades Papa vix pace ecclesiæ degustatâ, & delibandam ejus dulcedinem relinquit Sylvestro successori.

\*(314.)\* Donatistæ iterum tumultuantur in Africa, præcipuè contra Felicem (qui Cæcilianum ordinârat) quem traditorem fuisse contendunt; de hoc negotio jussu Constantini Ælianus Africæ Proconsul statuit, & Donatistas damnat: qui ad Imperatorem provocant, à quo prima synodus Arclatensis, quæ ab Augustino plenaria appellatur, cogi jubetur. Sed ab hac etiam synodo denuo ad Imperatorem provocant schismatici, præter moras aliud nihil quærentes, & audaciores effecti, quia non fortiùs ab Imperatore coërciti sunt.

Sunt & alia Concilia diversis in locis habita. Concilium Ancyranum cui 18. Episcopi interfuerunt, à quibus Canones 24. Sanciti de pœnitentia lapsorum, Neocæsariense in quo convenerunt 17. Episcopi & ediderunt 14. Canones. Utrique præfuit Vitalis Antiochenus Antistes. Concilium Laodicenum in Phrygia in quo 60. Canones editi.



✱(315.)✱ Constantinus parentibus egenis providet liberaliter pro filiis educandis, ad tollendam impiam consuetudinem, quā egeni parentes filios, quos sustentare nequibant, occiderunt. Prohibuit, ne Christianæ Ancillæ lenonibus traderentur, & ne pueri sub fornicibus spectaculorum publicæ libidini exponerentur: item ne frontibus reorum incideretur vel inureretur signum proscriptionis vel damnationis, quo stigmate Imago Dei turpiter fædabatur. His aliisq; laudabilissimis statutis Imperium ordinavit.

Arius hæresiarcha impius, qui hætenus seu Proteus sub formis diversis latuerat, modò Catholicis, modò schismaticis adhærens, nunc innotescit.

De ortu autem hujus hæresis diversa tempora consideranda sunt. Primum, quando Alexander Episcopus detectum ac sæpe monitum, sed pertinaciter hæresim defendentem, Presbyteratus ordine exuit, & uua cum septem Presbyteris, duodecim diaconis, & septingentis virginibus, professis quas ipse seduxerat, collecto adversus eum concilio centum ferme Episcoporum Ægypti & Libiæ à Catholica communione ejecit. Quæ omnia ante Licinij persecutionem hoc tempore facta fuisse videntur. Aliud verò tempus Ariana hæresis tunc accidit, quando ejus patrocini-  
cinium



nium suscipiente Eusebio Nicomediensi Episcopo  
hæresis ejus toti prope orbi innotuit.

Iisdem temporibus Colluthus Presbyter  
Alexandrinus & præpositus unius  
ecclesiæ, quæ sunt Alexandriæ cum Episcopus  
non esset, temerè sibi arrogatâ potestate  
Presbyteros ordinare cœpit, & docere  
Deum non esse malorum creatorem.  
Hujus asectæ dicti Colluthiani, Arianis se  
postmodum & Meletianis conjunxerunt.

HÆRESIS ARIANORUM SEU ARIOMANITARUM QUI ET EUSEBIANI  
ET DULIANI APPELLANTUR.

**A**rius Ecclesiæ Alexandrinæ Presbyter cum  
ab hæresi sua nullis S. Alexandri Patriarchæ  
Alexandrini monitis recederet, & ecclesiastica  
censurâ ideo multatus esset, ad Eusebium Nicomediæ  
Episcopum perfugit, qui Arii partes &  
primus, & usque eò pertinaciter amplexus est,  
ut Ariani etiam Eusebiani uominati fuerint.

1. Docuit Patrem, Filium & Spiritum Sanctum  
non esse unius ejusdemque naturæ, substantiæ  
seu essentiæ, quæ à Græcis, dicitur ὁμοούσιος, ita ut  
dicere nollent, Sanctissimam Trinitatem esse  
ὁμοούσιον, id est Consubstantialem. Sed Filium  
esse creaturam, Spiritum Sanctum esse creaturam  
alterius creaturæ, hoc est creatum à Filio, hinc  
appellati sunt DULIANI, quia filium crediderunt  
tantum esse servum Patris.



2. Docuit Filium suam carnem assumpsisse  
etque animā.

3. Filium DEI multa ignorasse, et nostro  
more crescente etate didicisse.

4. Rebaptizabant Catholicos qui ad ipsos con-  
fugiebant.

5. Putabant Ariani concilia generalia etiam  
legitimè congregata, et quantumcunque appro-  
bata errori esse obnoxia, ac revera errasse con-  
cilium Nicænum.

6. Filium DEI tantum Christum, et non  
JESUM appellabant, malitiosè nomen Salva-  
toris reticentes.

✠(316.)✠ Diocletianus moritur Sa-  
lonæ, quâ morte dissentiunt scriptores,  
alii venenum hausisse, alij corpore toto  
contabuisse, alij corpore putrefacto inte-  
rnisse scribunt. Dignus certè omni genere  
suppliciorum interire, qui Christianis om-  
ne genus tormenti intulit. Inter Divos ta-  
men relatus est a Licinio, scilicet in odium  
Christianitatis, ut ipse putabat: sed reve-  
ra in contemptum gentilitatis.

Licinius contra Christianos immanem  
persecutionem excitat, quia Christum pu-  
tabat fautorem esse singularem Constan-  
tini. Hac persecutione passus est Basile-  
us sive Basilius Ponti Episcopus, propter  
servatam, subductamque Claphyram vir-  
ginem,



ginem, Constantiæ famulam ex unguibus  
lenonis impurissimi: erat enim scortator  
impudentissimus, Virginitatis & publicæ  
honestatis osor.

Passi etiam Martyrium 40. milites Cap-  
padoces, qui Sebaste in Armenia minore  
in stagnum glaciè rigens noctu immissi  
sunt, ex quibus cum unus negasset fidem  
& in balneum aquæ tepidæ ingressus sta-  
tim mortuus esset, Martyrum custos qui 40  
è cœlo coronas prodire viderat, positis  
vestibus locum ejus occupavit, contractis-  
que omnes cruribus curru delati sunt in  
ignem, præter unum Melitonem, quem  
fortissima mater viventem in humeris tam  
diu detulit, donec mortuum in eundem  
currum cum aliis conjecit, supra foeminam  
& matrem mulier fortis.

Passus item S. Blasius Episcopus Seba-  
stenus cum septem mulieribus, quæ gut-  
tas sanguinis ejus, cum ferreis pectinibus  
laceraretur, collegerant.

✠(317.)✠ Oritur discordia Constanti-  
num inter & Licinium. Causam dedit Lici-  
nius, qui initis pactis de Chrtstiana religio-  
ne protegenda non stetit, imò etiam ipsi  
Constantino insidias struxit, & statuas ejus  
dejecit. Hinc bellum atrox & prælium ad  
Cibalim Pannoniæ, à manè usque ad ve-  
speram,



guibus speram, quo victus Licinius amissâ magnâ  
 parte copiarum cum uxore ac filio & the-  
 auris ex urbe Sirmio translatis fugit in  
 Daciam, inde in Thraciam reparaturus  
 bellum, ideoque Valentem Cæsarem creat.  
 Constantinus autem Licinium fugientem  
 in Thracia assequitur, iterumque partem  
 exercitus ejus gloriosâ victoriâ cædit, o-  
 perâ tamen Mestriani Legati fædus com-  
 ponit eâ lege, ut Licinio Asia, Thracia, &  
 totus oriens relinqueretur, reliquum Im-  
 perii Constantino cederet. Hujus fœde-  
 ris victima fuit Valens cæsus, & factum est  
 initium bicipitis aquilæ Romanæ.

\*(318.)\* Licinius iterum fædifragus  
 factus à Constantino Hadrianopoli in  
 Thracia: quanquam 150. peditum millia &  
 quindecim millia equitum haberet in ar-  
 mis, stratagemate vincitur. Finxerat e-  
 nim Constantinus, se Hebrum ponte con-  
 nectere, & ab alia parte, ubi arctissimus est,  
 exercitum suum traduxit, & superveniens,  
 Imperatis Licinianis eorum triginta quin-  
 que millia concidit, reliquos in fugam  
 conjecit. Leviter in hoc prælio sauciatus  
 Licinius Bizantium venit, ubi Martinia-  
 num Cæsarem creat & cum eo statim se  
 obsessum videt. Amandum autem cum  
 pluribus navibus in angustiis Hellesponti



Crispus aggressus vicit, plurimas naves demersit, nocte prælium dirimente, die sequenti Aquilo ventus pro Crispo & Constantini classe pugnavit, Licinianam classem cum Amanda in saxa impingens, ex qua centum & triginta elisæ sunt, adeo ut ægrè cum quatuor navibus dux earum effugeret. Bizantium ergo relinquere coactus Licinius Chalcedonem cum thesauris se recepit, ad quam urbem restauratis pugnis ter cæsus tantam cladem accepit, ut ex centum triginta millibus vix millia triginta superfuerint, semper coelo, ostenso signo crucis in aëre, pro Constantino præliantes visis etiam in aëre Phalangibus adolescentum armatorum, qui cum armato Equite crucis lucidum signum præferente hostiles copias cæderent.

Licinio sic in ordinem redacto, Constantia, quæ clam semper Christianis favebat, vitam marito impetravit, sicut & Martiniano Cæsari. Zosimus scribit Licinium fugisse Nicomediam, & inde ad Constantinum purpuram attulisse, vitæque ad tempus donatum esse. Martinianum autem traditum à Constantino satellitibus suis jugulatum esse. Sic totum imperium Constantinus pietate sibi vindicavit, quod impietate Licinius perdidit.

Floruit



Floruit hoc tempore S. Nicolaus Mi-  
rensis Episcopus. Tres pueri, qui huic  
Episcopo apponuntur, sunt tres tribuni,  
qui ejus operâ è faucibus mortis liberati  
sunt.

Florere quoque cæpit Pachomius Ab-  
bas in Thebaide, cum militasset in castris  
Maxentii, vel ut alii tradunt Licinii: eo de-  
victo, Christianæ militiæ nomen dedit, &  
sub Abbate insignis nominis Palemone vi-  
tam auspicatus est anachoreticam.

Quiescente tyrannide Imperatorum pa-  
cem ecclesiæ turbat Arius, qui Alexandria  
ejectus in Palæstinam venit, & ab Episco-  
pis illius provinciæ impetratâ potestate  
conventus agendi, caput erexit, fretus po-  
tentiâ Eusebij Nicomediensis, qui nuper  
ex Beristensi sede translatus erat in Nico-  
mediensem favorem & gratiâ Constantiæ u-  
xoris Licinii. Hic excitavit Paulinum Ty-  
rium, Eusebium Cæsariensem & alios ut  
ejus patrocinium susciperent, à quibus  
septuaginta Epistolæ conscriptæ, quibus  
Alexander respondit, unus tot adversariis  
par atque superior. Quæ cum rescisset  
Sylvester, misit in orientem Osium Episco-  
pum Cordubensem, ut turbas illas com-  
pescere conaretur, & sopire flammæ, qui-  
bus Oriens & Occidens postmodum ex-  
arsere.



319. Constantinus missis publicis litteris Alexandriam, impium hominem Arium sibi probè notum, ab eoque Catholicis cavendum esse, in synodo ab Osio Alexandria celebrata manifestum facit. In eadem synodo redactus est in ordinem Coluthus, & Sabelliani damnati.

Celebrata eodem anno synodus Gangrensis in Paphlagonia, cui Osius quoque interfuit. In ea damnatus est Eustathius quidam, (non Sebastenus Episcopus, quod vulgò creditum) sed Eustatus discipulus Petri Anachoretæ, sive impostoris in Palæstina.

### HÆRESIS EUSTATHII SIVE EUTACTI.

1. **C**onjugia inhibebat, & ideo in domibus conjugatorum orationes fieri, imò ab eis quoque Sacerdotibus, qui ante Ordines Sacros legitimo matrimonio juncti erant, benedictionem accipere prohibebat.

2. Docuit superstitiosè à quibusdam cibis abstinendum esse, & proculcatis jejuniis & abstinentiis ab Ecclesia indultis voluit, ut à suis die Dominico jejunaretur.

3. Episcopalem habitum cum Philosophico habitu permutare cogebat.

4. Fœminas curabat tondendas, & sic detonsas virili habitu indutas incedere.

*J. J.*



5. Jubebat non in templis, sed in domibus  
privatis communionem à suis celebrari, dete-  
ctis sepulchra Martyrum, & ecclesias.

6. Sanctos nec venerandos nec invocandos  
esse censebat.

7. Spiritum S. nec Deum appellabat, nec  
creaturam vocare audebat.

Constantinus prohibet aruspicinam;  
immunes facit Clericos ab omnibus mune-  
ribus onerosis; facultatem concedit, re-  
jectis magistratibus civilibus, ad Episcopo-  
rum judicium provocandi: aliisque privi-  
legiis Christianos exornat, & fovet.

\*(320.)\* Constantinus abolet pœnas  
contra orbos & cœlibes latas in lege Papia,  
quibus à successione suorum arcebantur,  
idque ob defectum civium, quibus ob bel-  
la civilia urbs exhausta erat. Cui legi S.  
Ambrossus contradicit exemplis osten-  
dens, ubi paucae Virgines sunt, ibi etiam  
homines pauciores esse, & ubi virginitas  
plus floret, ibi numerum quoque homi-  
num majorem reperiri *Ambros. de Virg. lib. 3.*  
Abolet item consuetudinem cruces eri-  
gendi pro fugitivis & latronibus in  
reverentiam sanctæ Crucis  
Salvatoris.





## DECAS III.

✠ Ab anno 320. ad 330. ✠

321. ✠ **D**onatistæ constituunt sibi Romæ Episcopum quendam suarum partium, Victorem Garbientem dictum, ut Romæ habentes aliquem Episcopum nomen simul Catholicum retinerent.

Victori successive usque ad tempora Optati quinque successi sunt. Et cum intra urbem conventus habere eis prohibitum esset, in quadam montium vicinorum spelunca convenientes appellari ceperunt MONTENSES, fuitq; Donatus tanto fastu elatus, ut per nomen suum tanquam Deastri cuiusdam jurare suos juberet.

Eodem Donato docente, & ut putat Baronius, adhortante, oborti sunt in Africa Circumcelliones sive Circelliones, sic dicti, quod circum cellas vagarentur, quos a Donato AGNOSTICOS, & Præfectos eorum DUCES SANCTORUM nominatos esse Optatus scribit.

**HÆRESIS CIRCELLIONUM SIVE  
CIRCUMCELLIONUM, QUI ET  
SCOTOPITÆ & CIRCUITO-  
RES DICTI SUNT.**

**H**æc secta Donatistarum eos Martyres nuncupabat, qui sibi manus inferrent, vel in aquas



aquas semetipsos demergerent, vel è rupibus precipitarent. Quam ob rem circumibant terram, & ab iis, quos in itinere obvios habebant, violentam sibi mortem flagitabant, & extorquebant, minitantes nisi hoc facerent, se illis mortem eandem, quam sibi deposcerent, & Martyrii lauream collaturos esse.

✱(322. 323.)✱ Constantinus adigit Gentiles, ad celebrandum diem Dominicum cum Christianis. Sed quantum edicto isto rem Christianam promovit, tanto iterum altero edicto afflixit, quo prohibitam à se aruspicinam publicè iterum celebrari indulgit, quando ex aruspicum responsis, urbs ob aliquod sacrificium lustranda videbatur. Voluit igitur Gentilium furorem reprimere, ut fautor Christianorum æquè ac gentilium, nec his, nec illis accedere plùs videretur. Abusi sunt interim gentiles hoc edicto contra Christianos, quos ferociter exagitare cœperunt, præsertim in absentia Imperatoris, ita ut Sylvester Papa necessariò se occultaverit; donec alio edicto pro Christianis transmissò ab Imperatore, rabies persecutorum nonnihil frænata fuit.

324. Cæsus est hoc anno Constantini Augusti Filius Julius Crispus, jussu Parentis accusatus, quòd stuprum Faustæ nover-



cæ inferre attentasset. Interfectus etiam Licinius Junior, in cuius necis causa afferenda quia scriptores antiqui variant, divinare non licebit.

De Crispi innocentia memorant historici, fuisse eam Constantino patefactam & Faustæ novercæ impudentiam simul detectam, quam ideo in balneo inclusam suffocari iussit.

Fuit autem Crispus victoriis insignis, castitate cæterisque moribus conspicuus, & longè major futurus, si per mulieris impudentiam, & novercale odium vivere licuisset. Necem tam insignis optimique nepotis inconsolabili dolore Helena avia persecuta est, & dolores suos recordatione dolorum Christi sedatura in Palæstinam migravit.

Ad hunc annum refert Baronius baptismum Constantini Magni. Cum Imperatori lepræ curandæ causâ medici balneum ex infantum sanguine præscripsissent, SS. Apostoli Petrus & Paulus in quiete apparuerunt, præcipientes ei, ut si mundari vellet a leprâ, omisso immani & impio balneo, à Sylvestro (tunc temporis in monte Soracte latitante) baptismo tingeretur. Cui mandato obtemperans Imperator & per Christianorum lavaerum

tum



tum ab animi tum corporis lepra sanatus, mox in omni ditione Romani Imperii templa ædificari iussit, sublatisque inanum Deorum simulacris, vero Deo Christianorum cultum exhiberi: Excitatas basilicas donis ac muneribus magnificentissimis exornavit: leges omnes contra Christianos unquam ab antecessoribus latas abrogavit: privilegiis econtra & gratiis ac juribus liberaliter insignivit. Ardorem magnum, quo flagravit, Christi honorem augendi insigni spectaculo exhibuisse scribitur: quando octavo post baptismum die venit ad confessionem B. Petri Apostoli, & diademate ac chlamide depositis, acceptoque bidente, terram primò aperuit ad fundamenta basilicæ ponenda: & deinde ob numerum duodecim Apostolorum totidem cophinos terrâ plenos propriis humeris asportavit, imitatus in eo Vespasianum Imperatorem, de quo Svetonius narrat, ruderibus purgandis primam admovisse manum. ac suo collo, quædam extulisse.

Quanto Constantinus honore Christum in Vicario suo Sylvestro & successoribus ejus veneratus fuerit, ipse refert in decreto donationis à se ecclesiæ factæ, ubi scribit, se etiam pro reverentia B. Petri tenentem frenum equi, stratoris officium Sylvestro exhibuisse.

I 5

Ro.



✱(284.)✱ Romæ celebratur Synodus sub S. Sylvestro convenientibus Episcopis, quibus à Constantino ad iter vehicula suppeditata & annona. Interfuit quoque Concilio Constantinus Imperator cum matre sua Helena una cum Calphurnio Præfecto urbis, qui ex gentili factus erat Christianus, leguntur etiam Presbyteri plurimi, Diaconi, & universus Clerus Romanus ornasse conventum illum, ac prima quasi Christianæ pietatis Encænia concelebrasse. In hac synodo post damnatam Arii hæresim multa instituta sunt pertinentia ad disciplinam, pacemque & œconomiam ecclesiasticam, redditibus jam tunc affatim affluere incipientibus.

Constantinus in honorem Sedis Apostolicæ cogitat cedere Româ, dominatu ejus Pontifici relicto, & novam urbem quæ imposterum Sedes Imperatoria & nova Roma esset, ædificare. Eligitur in hunc finem Byzantium, non absque signis cælestibus. Cum enim Ilium resuscitare vellet ut ibi sedem Imperij figeret, contigit prodigiosè, ut ædificantium instrumenta nullâ hominum manu vel arte in adversû littus translata reperirentur; Sed & aquila sustulit funiculum cæmentario-



um, & juxta Byzantium dejecit. Cedre-  
nus idem de lapidibus affirmat: Addit  
Nicephorus, cum Imperator apud Byzan-  
tium novæ urbis ambitum definiens cir-  
cumiret, & comitibus ejus ulterius quàm  
conveniret, pomæria urbis proferre vide-  
retur, cuidam ex eis roganti, *Quousque  
tandem Domine?* confestim respondisse, *Eo  
usque, dum qui me præcedit ductor substiterit.*  
Ex quo manifestum videtur, cœlestem  
quandam virtutem prævisse quâ, mon-  
strante magnitudinem urbis definiverit.

✱(325.)✱ Celebratur Nicææ in By-  
thynia concilium primum generale, cui  
interfuerunt 318. Episcopi; Præfederunt  
legati Pontificis Romani Vitus & Vincen-  
tius Presbyteri; Osius Cordubensis Epi-  
scopus egregiè disputavit, nec non Atha-  
nasia, tum Presbyter duntaxat, ab Ale-  
xandro eò deductus.

Cum Ariani Episcopi Eusebius Nico-  
mediensis & Eusebius Cæsariensis, Pauli-  
nus Tyrius, Menophantes Ephesinus,  
Theognis Nicænus, Mares Chalcedonen-  
sis alique suæ causæ diffiderent, varios  
proposuere libellos Imperatori adversus  
Catholicos Episcopos, quos Constantinus  
publicè incendit, atque hæc crimina &  
criminationes suâ purpurâ obvelandâ &



DEI iudicio reservanda esse, sapienter edixit. Ergo ad causas Ecclesiæ totus cætus conversus est, & statutum, ut eodem die ab omnibus pascha celebraretur, hoc est die Dominico, qui proximè succedit decimo lunæ primi mensis, hoc est, cuius 14. luna vel cadit in diem verni æquinoctij 21. Martij, vel propiùs ipsum sequitur, Damnata quoque hæresis Arii, & conditum Symbolum, quod Nicænum dicitur; Ariani Palinodiam recantare coacti sunt, & Arius cum suis receptus in communionem, sed ea lege, ut nunquam Alexandriam Arius rediret. Duravit hæc synodus a 13. Kal. Julij, ad 8. Kal. Septembris, non tribus annis ut quidam perperam asseruerunt. Probata sunt acta hujus concilij a Sylvestro in alia synodo Romæ hunc in finem coacta, Constantino opem duntaxat ferente, & ne quid turbarum accideret, sapienter ac fortiter providente.

✠(326.)✠ S. Athanasius Alexandriæ Episcopus creatur post Alexandrum de mortuum, frementibus Arianis, quorum malleus erat.

Meletius cum affeclis turbat ecclesiam & Arianis conjungitur. Constantinus autem, quos obstinatos in sua hæresi audivit post Nicænum, eos edictis persequitur,  
onéri-



oneribus diversis obligat, & privat Catholicorum privilegiis; imò cum Novatianis, Valentinianis, Marcionitis, Paulianis & Cataphrygibus aliisque conventus quocunque modo agere prohibet. Unde plures saniora consilia secuti ad ecclesiam redierunt.

Fana Deorum æquè in Oriente, quàm Occidente jussu Constantini destruuntur. Hierosolyma nova opposita Hierosolymæ antiquæ ædificatur, & templis exornatur, quorum præcipua eaque celeberrima in loco resurrectionis, & in monte Oliveti, ac Bethleemi. Quæ loca Ethnicis supra modum erant profanata idolis.

S. Helena pietatis studio Hierosolymam profecta crucem Domini miraculosè detectam reperit, & partem illius ibi reliquit, aliam secum Romam deportavit; una cum clavis: quæ si plures quàm tres jam inveniuntur, hi non affixere Christum, sed crucis brachia conjungere, vel etiam Martyres, qui membra Christi vocantur, crucibus affixerunt.

Piè creditur, Helenam ex his clavis duos accommodasse in frenos ad robur & victorias contra hostes impetrandum & unum diademati Imperatorio adhibuisse; quartum autem in mare Adriaticum conjecisse, ad mitigandum mare, quod



quod in eo loco, qui vorago navigantium vocabatur, naufragiis infame fuit, & ex eo tempore cessasse ibi naufragandi pericula, mari penitus mansuefacto.

Helena octogenaria pie obit, & ut probabilior fert historica narratio, Romæ sepelitur, Mausolæo à filio honorata.

S. Nicolaus Myrhæ in Lycia commoratus noctu apparet Constantinopoli Imperatori ac Præfecto Ablavio, & absterret a nece inferendæ tribus militiæ tribunis innocenter ad mortem damnatis. Qui absentis opem in catenis implorârunt.

✠(327.)✠ Constantia uxor Licinij Imperatoris favet Ario contra Athanasium.

Christi Evangelium per captivum quendam Frumentium Tyrium ejusque discipulum Ædesium similiter Tyrium ad Indos defertur, & magnâ populi conversione suscipitur. Similiter per captivam quandam foeminam Christianam Iberi unâ cum Rege Bacurio ad fidem Christi perducuntur, & missâ ad Constantinum legatione, sacerdotes impetrant, ut plenius informentur.

✠(328.)✠ Antonius Monasticæ vitæ institutor celeberrimus à S. Athanasio invisitur.

Romæ & Mediolani prima Cænobia & alibi



alibi passim tum intra tum extra urbes  
ædificantur, & monachismus variis in lo-  
cis clericatui conjungitur, ut Episcopi  
etiam ex monachis crearentur.

Fuit autem tunc temporis, ut Hieronymus  
scribit, triplex monachorum genus; Cœnobita,  
qui Samses, hoc est in commune viventes, &  
Anachoretæ qui soli per desertâ habitabant, &  
tertium genus, quod Remoboth nuncupabatur,  
qui bini & terni nec multo plures simul habita-  
bant, idq; in urbibus potissimum & castellis, suo  
arbitratu ac ditione de eo quod laborassent in  
commune viventes, sed cum nimia rerum om-  
nium affectatione, & minori rerum divinarum  
solicitudine. Cassianus memorat etiam quartum  
genus, quos Sarabaitas vocabant, qui semetipsos  
à cœnobiorum congregationibus sequestrabant,  
sic enim exemplo ipsius Antonij primi cœnobi-  
archæ factum est, ut ordine quodam reciproco  
anachoretæ parerent cœnobitas, & cœnobitæ  
anachoretas, qui scilicet consensu superioris ac  
Patris omnium Præsidis sic solitarie vivere per-  
mittebantur, ut tamen vinculo quoque obedi-  
entiæ adstringerentur.

✱(329.)✱ Constantinus Arianos rede-  
untes ad vomitum & Athanasium protervè  
exagitantes jubet, ut secundum priorem  
synodi sententiam sedibus suis expel-  
lantur.



✱(330.)✱ V. Idus Maji Constantino-  
polis dedicata est, ac D. Virgini consecra-  
ta, dictaque nova Roma sive secunda, tan-  
tum veteri inferior, quantum hæc nova super  
reliquas urbes emineret. Hanc urbem Impera-  
tor totius Orbi Romani spoliis locupleta-  
vit. Collocata est tam situ opportuno, ut  
rectè Bimaris dicatur, quia quolibet flante  
vento semper naves admittit, & digna se-  
des Imperatorum est, cui meritò Europa  
Asia & Africa subjiatur.

Novâ & legibus ritè institutâ, Con-  
stantinus novos magistratus & novum  
ritum, ac numerum præfecturarum &  
officiorum pro Romani Imperii admi-  
nistratione inducit, cumque antea duo  
tantum essent Prætorij Præfecti, nunc  
quatuor constituit, inter quos Provincias  
Imperii dividit, quibus summa post Impe-  
ratorem auctoritas, & cæteri omnes ubi-  
que magistratus ac Palatini & Duces ex-  
ercituum subiecti essent.

Olynius Gallicanus divinitus subigit Scy-  
thas, usus consilio cubiculariorum Con-  
stantiæ filiæ Constantini, quam illi pater,  
si victor rediret, despondit. Erant autem  
cubicularij Joannes & Paulus ambo post-  
modum martyrio affecti, qui Gallicano in  
angu-



angustias à scythis compulso, & in peregrinandi extremam necessitatem coniecto transferunt, ut se Christo devoveret, quod ubi Gallicanus præstitit, auxilio per angelos, cruce præviâ, ministrato Scythas vicit, & consulatum à Constantino obtinuit, nuptias autem Imperatorias amore Christi sprevisse videtur, cui seipsum postmodum cum omnibus bonis suis ad Ostia Tiberina consecravit.



## DECAS IV.

✠ Ab anno 330. ad annum 340. ✠

331. Meletiani & Eusebiani S. Athanasium fictis criminibus exagitant, videlicet de fracto calice per Macarium Presbyterum Alexandrinum, qui defenderat S. Athanasium apud Imperatorem contra calumnias Meletianorum, & hæc causa vindictæ: deinde de Arsenio occiso. Erat autem Arsenius Episcopus factionis Meletianæ, quem, ut calumnia succederet, abdiderunt, & interim manum cujusdam tanquam ex ejus corpore abscissam ad ostentationem, circumtulerunt. Cum verò Ischyra à suis reprehensus veniam ab Athanasio postulasset, & publicè dato libello con-

con-



contestatus esset, se à Meletianis subornatum esse ad ejusmodi calumniam struendam, detecta quidem fraus est, Meletiani tamen eadem adhuc crimina passim jactantes, ad Imperatorem detulerunt. Sed operâ & longâ inquisitione tandem ab Athanasio & Diacono suo exploratore inventus Arsenius (qui se Arsenium tamen primò negabat, sed tandem convictus & confessus est) sycophantiis agnitis, & rejectis Eusebianis accusatoribus, Athanasij Innocentia ab Imperatore magnificis litteris declarata est, & Arsenius atque Joannes supremus Meletianorum Antistes supplices ab Athanasio veniam rogantes à schismate ad Catholicam communionem redierunt.

✱(333. 334.) Joannes suasu Eusebianorum resilit ab Athanasio, quem unitis fraudibus & nequitiis denuo Ariani tam graviter accusant apud Imperatorem, ut is malè credulus synodum Episcoporum Cæsareæ Palæstinae celebrandam indiceret, cum verò Athanasius detrectaret subire judicium in ea civitate, cui Eusebius Episcopus præerat, mutato concilii loco iussus est Tyrum Petere, quò convocati erant Episcopi ad Constantinæ basilicæ dedicationem.

✱(335.)✱ Celebratur famosum concilium



gillum Tyrium, ad quod Athanasius venit cum suis Ægyptiis Episcopis, inter quos eminebant Paphnutius & Potamon nobiles Confessores. In hac synodo, qui præesse debuerat, victus stetit, quod tam iniquè tulit lacrymans Potamon, ut Eusebio Cæsariensi exprobraret suam in persecutione apostasiam. Quæstio tum agitata de fracto calice, & occiso Arsenio Ischyra qui antea ab Athanasio veniam rogaverat, mendaciorum telam iterum texente: Arsenius autem, quem ad necem Eusebiani quærebant, tum Tyri tam prudenter occultabatur ab Athanasii amicis, ut id Arianos prorsus lateret. Calente ergo iudicio, & manu Arsenij iterum ostentatâ, inductus est Arsenius, & ab omnibus cognitus fabulam cum suis manibus ostendit, frementibus adversariis Athanasij.

Scribit etiam Theodoretus, scortum ab iisdem corruptum, ut sibi ab Athanasio pudorem ereptum conquereretur: sed Timotheus Presbyter inductus & fingens se Athanasium esse, à meretrice, quasi Athanasius accusatus calumniam accusantis, & innocentiam accusati patefecit. Restabat calix effractus à Macario, pro quo crimine probando ex Maræote testes mendaces adduxerunt, viris probis rejectis, omnis mali



mali furfuris homines Judæos, & Eusebianos. Quibus auditis Athanasius damnatus, & Episcopatu exutus, atque Alexandria hæerere prohibitus est, Joannes autem ejusque factionis Episcopi cum Ario in communionem recepti, multum indignante cum suis Paphnutio. Ischyra super vir mendacissimus, qui nequidem Presbyter erat, Episcopus renuntiatus est. Omnia denique ab Arii fautoribus sic perturbata confecta, ut satis colligeretur furente odio judicium peractum esse.

Moritur sub anni finem Sylvester Papa, cui successus est Marcus, sed hic tantum ostensus ecclesiæ.

Romæ in antris & speluncis vitam celestem traducens virgo ROMANA nobilissima Calaphurnij præfecti a Sylvestro baptizata, claruit virginitate, & miraculorum gloriâ.

✠(336.)✠ Athanasius Constantinopolit causam suam agit apud Imperatorem, sed Episcopi quoque sex impudentiores ex Arianis vocati comparuerunt, qui nihil memorantes de calice fracto, vel Arsenio occiso, asseruerunt Athanasium minatum esse, se impediturum, quod minus ex Ægypto de more frumentum Constantinopolim mitteretur, & illarum minarum quinque



que testes Ægyptios Episcopos produxerunt, qui olim ab Athanasio steterunt, nunc corrupti ab Eusebianis in suum Episcopum dixere testimonium. Itaque iratus Imperator eum Treviros exulem ire jubet: ubi perhonorificè exceptus est, à Maximino hujus urbis Episcopo. Adhæc iidem Ariani expellendum curârunt inimicum sibi, Athanasij amicum Marcellum Ancyranum: Sed & Arii restitutionem in sedem Alexandrinam impetrârunt: qui tamen cùm turbas ibidem excitâset, Constantinopolim ire jussus ab Imperatore, ubi confessionem fidei subdolam edidit, expunctâ voce *Consubstantialis*. Atque ita jussus est Alexander Constantinopolitanus Episcopus eum in communionem recipere: ille tamen recusavit hæresiarcham admittere, totâque nocte Deum rogavit, ut ipse aut Arias à Deo tolleretur. Sequenti autem die, dum idem Arius pergit ad synaxim, publicas ad latrinas divertens ibidem & intestina & miseram animam evomuit, Judæ Iscariotæ vitâ & morte simillimus.

Constantius filius secundo genitus Constantini, nubit Eusebiæ sceminæ, eruditione insigni, sed Arianâ hæresi infectæ, ex qua proles non suscepit:

Marcus Papa diem obit, cùm in Pontificatu



catur nonum mensem non explevisset: Cui succedit Julius patriâ Romanus, contulit ille Episcopo Ostiensi jus pallij, quo uteretur si Romanæ urbis Episcopum consecraret.

*Est porro pallium signum summi honoris, & plenitudinis potestatis, ita dictum, tametsi pallio haud simile ornamentum sit, quia inherendum Pontifex sacra peragit, indumento illi, quod nos Planetam appellamus, & aliqualem formam pallij præ se fert.*

✱(337.)✱ Constantinus prope Nicomediam in villa quadam Achirona dicta emoritur, ipso die Pentecostes, de Ecclesia Christiana meritissimus Imperator, quem Ecclesia Græca ut sanctum veneratur. Corpus ejus Constantinopolim Augustissimâ pompâ delatum est, & conditum in basilica Apostolorum, exequias honorificentissimè adornante Constantio.

Post Constantini mortem Augusti renunciati sunt tres liberi ejus, Constantinus, Constantius, & Constans, qui sic Imperium Romanum partiti sunt, ut Constantinus Gallias & quicquid est trans Alpes obtineret: Constans Romanus, Italiam, Africam, Siciliam, & reliquas Insulas cum Illyrico, Macedonia & Græcia regeret, Constantius denique Thraciam, Asiam, Orientem cum Ægypto moderaretur. Con-



Constantius liberas nactus habenas sui Imperii, mox in Parentis sui fideiores ministros & propinquos favire coepit, Dalmatius Cæsar, Constantius Constantini Magni frater, & Hannibalianus, quos Constantinus Magnus Purpurâ & honoribus exornarat, militari tumultu vel iubente vel permittente Constantio quamprimum sublatis sunt: quibus adjunctus est Optatus à Constantino Patricii primariâ dignitate condecoratus: sublatus quoque Ablavus Præfectus Prætorius, vir quàm opibus potens tam avarus. Idem torrens sanguineæ crudelitatis rapuisset cum Dalmatio Cæsare, filio Dalmatii fratris Constantini etiam Gallum & Julianum, nisi illum infirmitas & desperata valetudo, hunc autem tenera ætas servasset: qui postmodum jussu Constantii summâ variis disciplinis industriâ & sacris etiam litteris instructi sunt, ut cooptatis in Cleri ordinem spes omnis regnandi adimeretur.

Non tantum confanguineis cladem intulit Constantius statim ab initio sui regiminis, sed etiam Orthodoxæ fidei infestus hic Cometa effulsit in solio. Siquidem Ariani favore ejus elati nihil non ausi contra Ecclesiam & Christi divinitatem: opem & patrocinium suæ hæresis mendicantes ab



ab Eunuchis Imperatoris, qui cum improprie sint, indecorum quoque duxerunt Deo, si is filium æqualis substantiæ genuisse diceretur.

Itaque ad resistendum potentiæ Ariæ, a Julio Pontifice Synodus Romæ celebrata, convenientibus 116. Episcopis in qua acta Concilii Nicæni confirmata & hæresis Arii iteratò damnata est.

✠(338.)✠ Athanasius a Constantino Juniore restituitur suo Episcopatu Alexandriano & magnâ lætitiâ suorum recipitur, invito licet Constantio, permittente nihilominus ne fratrem natu majorem id Constantini magni jussu facientem offenderet. Similiter propter Athanasium exules Ægyptii Episcopi ad suas sedes remeare permissi sunt.

Constantius insanabili ulcere percussus redire jubet Antistites Catholicos Spiridionem Episcopum Trimithundis, & Tryphillum ejus discipulum postea factum Episcopum Ledrensen, quorum precibus & impositâ Spiridionis manu illico sanatur, quod ipsi futurum per hosce sanctos antistites nocturna visio exhibebat.

Eodem tempore Sapor Rex Persarum Nisibin munitissimam urbem Mesopotamiæ immenso exercitu cingit, sed precibus



bus S. Jacobi Episcopi Nisibensis immixtis  
in exercitum ejus cyniphum & culicum  
examinibus ab obsidione divinitus repel-  
latur.

Constantius factus Pharaon induratur ad-  
versus Catholicos.

\*(339.)\* Ariani iterum accusant Atha-  
nasium apud Romanum Pontificem & Im-  
peratores Occidentis Constantinum &  
Constantem, calumniis antiquis novam  
hanc adjicientes, quod frumentum soli-  
tum exhiberi ex Constantini Imperatoris  
liberalitate Ægypti ac Lybiæ viduis furri-  
puisset. Quas criminationes, cum per  
legatos suos Athanasius evidenter refutaf-  
set, Eusebiani & Ariani concilium gene-  
rale postulârunt.

Sancitur lex ab Imperatoribus contra  
adulteros, quâ statuitur, ut deprehenfi &  
convicti culeo vivi insuantur, vel combu-  
rantur. Vocantur adulteri in lege illa  
sacrilegi ut constet fuisse tunc temporis  
agnitum matrimonium Christianorum ut  
peculiare ecclesiæ Sacramentum.

\*(340.)\* Athanasius Romam venit ad  
dicendam causam in synodo congregata;  
Eusebiani autem a Julio vocati venire de-  
trectant: in eadem synodo Symbolum S.  
Athanasij confectum est.

K

Pau-



Paulus Episcopus Constantinopolitanus à Catholicis electus, abdicatur à Constantio. & Eusebius hæresiarcha Arianus intruditur.

Eustathius Antiochenus Episcopus per quandam, ab Arianis auri pretio conductam meretriculam de adulterio accusatur, & quasi verba contumeliosa de matre Constantini Junioris evomisset delatus in exilium Adrianopolim relegatur, & ibidem pie moritur. Euphronius autem Arianus in sedem Antiochenam subrogatur. Quod idem multis aliis Catholicis Episcopis contingit.

Obijt hoc anno Eusebius Cæsariensis Arianæ factionis signifer, propugnator apertissimus, & inter Arianos facile Princeps, uti eum S. Hieronymus appellat. Malè igitur à nonnullis inter sanctos notatus est, absit virum quem secunda Nicæna synodus execrata est, virum impenitentem inter sanctos censere.

Constantinus Junior Constantis fratris conditiones invadens latrocinio potius, quam iusto bello, ab hujus militibus prope Aquileiam interimitur, & corpus in Alsam fluvium projectum, non Imperatoris sed grassatoris sepulturam invenit, dignus fuit meliori fato S. Athanasii & Catholicorum egregius defensor, & fortissimus obex Arianorum.

DECAS



## DECAS X.

*\* Ab anno 340. ad annum 350. \**

341. **C**elebratur Pseudo-Concilium Antiochenum, & simul Encæniam Domini Aurei, quo nomine appellata est basilica à Constantino Magno ædificata. Convenerunt Episcopi, à Constantio tunc præfente ad Encæniam vocati, plures quam 90. ex quibus Ariani 36. pauciores Catholicis, sed audentiores numerabantur, gratia scilicet & favore Imperatoris inflati. In ea synodo abdicatus est Athanasius & suffectus Eusebius. Sed hoc recusante propter metum plebis, electus est Gregorius Cappadox & Eusebius præpositus est Emesienæ Ecclesiæ, vir impius, & discipulus Eusebii Cæsariensis. In hac synodo nomen ~~orthodoxum~~ callidè suppressum est, editique canones 25. In corpus canonicum postea recepti, non quia prodierant à malis (horum enim nomina callidè suppressa sunt,) sed quia boni censebantur.

Observandum circa hoc concilium Baronius monet, ea quæ in hoc conventu statuta, & simul pessima & abominanda sunt, non à pluribus Catholicis, sed ab in-

K 2

solen-



solentioribus Arianis auctoritate Imperatoriâ suffultis stabilita esse. Quem versipelles hæ vulpeculæ ædulationibus suis decipiebant, nihil aliud gannientes, quam Verbum DEI, Verbum DEI & Orthodoxam Ecclesiam, Arium & Arianam hæresim ore & scripto execrantes, corde autem & opere pertinacissimè simul & dolosissimè propugnantes & propagantes.

Julius Papa Romæ in synodo 50. Episcoporum cognitâ causâ Athanasij innocentiam ejus declarat & absolutum ad communionem & Agapem recipit, similiter Marcellum Ancyranum damnatum Constantinopoli ab Eusebianis absolvit.

**HÆRETICI AUDIANI SIVE ODIANI,  
AUT VADIANI IDEMQUE ANTROPOMORPHITÆ DICTI.**

**E**odem turbulento tempore partus novus inferni erupit satore Audeo Syro deformis hæresis.

1. Docuit Audeus Deum carnali cogitatione concipere similem formæ hominis corruptibilis, & consequenter de corporea similitudine exposuit illa verba, Gen. 1. v. 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

2. Anthropomorphitæ celebrabant Pascha more Judæorum decimo quarto die lune, quicumque esset ille dies hebdomadæ.



3. Damnabant Catholicos Episcopos, quod illi haberent temporales facultates, nefas id esse dicentes, & prætexentes Apostolos illis caruisse.

4. Dixerunt tenebras & aquam Signem esse ingenta.

\*(342.)\* Gregorius militari manu per Philagrium præfectum in sedem Alexandrinam se intrudit, nihil veritus impios quosvis armare in Ecclesiam, Ethnicos enim & Judæos immisit, à quibus nudatæ sacræ Virgines, Monachi obstricti, plebs indignè vexata & ægrè ex eorum manibus Athanasius se subduxit, ad necem quæsitus. Similiter sævitum est à lupis in alios ecclesias. Potamon magnus confessor tot plagis conscissus est, ut ex illis obierit pro libertate ecclesiæ martyr. Hæc cum audisset Julius, collectâ synodo Arianorum Epistolam confutavit, nondum autem in eos sententiam pronunciavit, quia sub nomine Catholico adhuc latebant. Cum verò Gregorius legatum quoque misisset Carponam Arianum manifestum, cum nec alloquio, nec aspectu Julius dignatus est, ut ostenderet, quo esset in eos animo, qui hæretici esse convicti sunt.

Eusebius antea Nicomediensis, nunc Episcopus Constantinopolitanus uti impiè vixit, ita moritur. De cujus successore valde

K 3

tumul-



tumultuatum est, Catholicis Paulum, Arianis Macedonium suggerentibus. Itaque Constantius misit Constantinopolim Hermogenem Ducem, à quo Paulus civitate expulsus, & multatus insuper dimidia parte frumenti, quod ex Magni Constantini liberalitate singulis annis accipiebat; sed tandem Hermogenes à populo discerptus poenas dedit tum suæ, tum Imperatoris crudelitatis.

✱(343.)✱ Paulus primus Eremita natus 113. annos à S. Antonio nonagenario invisitur, corvo dimidium panem alias deferente, nunc autem in adventu Antonii annonam duplicante. Post discessum Antonii migrat in cœlum, Leonibus officio vespillonum fungentibus.

Movetur in Perside gravis persecutio contra Christianos, & occiditur in testimonium fidei inter alios plurimos Simeon Seleuciæ Archiepiscopus, & Ustthazanes Princeps eunuchorum, & regis nutricius cum aliis centum Episcopis & Presbyteris.

Neo Cæsarea in Ponto terræ motu tota subversa est, illâ tantum ecclesiâ exceptâ, in qua corpus S. Gregorij Thaumaturgi quiescit, ubi tunc Episcopus & populus congregati pariter Deum rogabant sacra offerentes.



\*(344.)\* Concilium Antiochenum secundum celebratur, in quo novam fidei formulam Ariani cuderunt, quæ ab occidentalibus merito rejecta fuit.

\*(345. & 346.)\* Concilium Agrippinense seu Colonienſe celebratur adversus Euphratem ejus civitatis Episcopum, negantem Christi divinitatem, qui etiam ob eam causam depositus est.

\*(347.)\* Concilium Oecumenicum Sardicenſe cogitur secundum indictio- nem Julij Pontificis superiore anno fa- ctam, de quo Athanasius, qui interfuit, scribit convenisse in eo ex Occidente & Oriente Antistites numero plus minus ter- centum, ex omnibus provinciis Orbis Christiani. In hoc Concilio damnati A- riani & absolutus est Athanasius, canones 21. conditi, & Græcè ac Latine editi. Aria- ni cum viderent in hoc concilio neque de- creta sua neque fraudes vim habere posse, tacite diffuentes Philippis Pseudosyno- dum coegerunt ex Episcopis tantum suæ factionis, quam malitiosè quoque Sardi- censsem appellaverunt, in qua Julium Pon- tificem damnarunt, & decreta contra A- thanasium lata stabiliverunt, atque ut orbi verè illuderent, aliquot etiam Arii propo- sitiones damnarunt, dictique sunt ideo



femi Ariani. Hujus autem concilij actus  
atque decreta Imperatoris auctoritate  
divulgata sunt, ut plus innotescerent,  
quàm decreta veri concilii Sardicensis,  
unde accidit, ut quibusdam scriptoribus  
facta fuerit odiosa synodus Sardicensis,  
scilicet inter veram & Pseudosynodum  
Sardicensem non discernentibus.

✱(348.)✱ Sæviêrunt Ariani jussu Con-  
stantii in Christianos, & præsentis Epil-  
copos, ut Diocletianus revixisse videretur,  
Stephanus Antiochiæ Episcopus Arianus  
per Clericos suos facinorosos meretricem  
in cubiculum Euphratis legati Pontifici  
immisit, ut tam huic quàm collegæ eius  
Vincentio adulterii crimen impingeret.  
Cum verò meretrix inscia fraudis & pu-  
tans ad juvenem quendam se induci, ad  
aspectum vetuli Episcopi horruiſſet, & ex-  
clamasset, fraus agnita est, & Stephanus  
quidem Antiochenâ sede jussu Constantij  
expulsus, sed labes Ariana ideo non cura-  
ta est. Stephano enim suffectus est Leon-  
tius quidam eviratus, & propter nequi-  
tiam suam nequidem dignus humanâ com-  
munionem.

✱(349.)✱ Constans Imperator litteris  
& minis agit apud Constantium fratrem de  
Paulo & Athanasio in suas ecclesias restitu-  
endis



endis, & eò tandem adigit metu gravissimi belli, ut Athanasium ad se Antiochiam evocatum benevolè exciperet, & actis universis abolitis, suum Alexandrinis Episcopum restitueret.

Celebratur primum concilium Carthaginense, curâ singulari Grati Episcopi & Imperatoris Constantis, in quo actum est, ut Ecclesia per Donatistas corrupta restitueretur.

Athanasio ad sedem suam reverso, Gregorius ab Alexandrinis occiditur.

✱(350.)✱ Constans Imperator prope oppidum Helenam in Pyrenæo à Gvisone conscio perfidiæ Magnentii qui tyrannidem arripuerat occiditur anno Imperii 17. ætatis 30. Hunc Ethnici scriptores calumniantur; sed Athanasius eum Martyrem vocavit, & alii sancti Antistites eum in cœlum receptum deprædicant. Magnentius autem Toporus cognominatus purpuram jam induerat Augustoduni, & operâ Marcellini Præfecti jam Imperator acclamatus erat. Auditâ ergo Constantis nece & rebellionem Magnentii, Vetranius Dux Pannonici exercitus ipse quoque apud Mursam se Augustum dixit. Sed & Popilius Neptianus Filius Eutropiæ sororis Constantini Magni, auditâ Constantis nece,



collecta militum manu tumultuariâ Romanam venit in habitu Imperatorio, sed oppressus est ab Aniceto Magnentii Præfecto Prætorio, & caput ejus præfixum palo. Constantius autem Netranionem ad suas partes pertraxit, exutumque purpurâ Imperatoriâ opiparè habuit; & sanè profuit ei tam molliter restitisse, ut Imperium potius dereliquisse, quàm amisisse videretur.

Ursacius & Valens Ariani redeunt ad communionem cum Orthodoxis, penitentia libellis Julio Papæ oblati.

Apollinares duo Pater & Filius incipiunt seminare suam hæresin.

**HÆRESIS APOLLINARISTARUM,  
QUI ET DIMOERITÆ DICTI.**

1. *M*ale intelligentes Verba S. Joannis **VERBUM CARO FACTUM EST**, docuerunt aliquid verbi divini mutatum esse in carnem, & carnem esse verbo coessentialem.

2. Inferebant ex hoc Verbum ex Beata Virgine non assumpsisse carnem.

3. Corpus suum Christum à cælo attulisse secum in Virginis uterum.

4. Verbum habuisse corpus sine anima, sed animæ officium ipsum Verbum in corpore gessisse.

5. Aliqui ex Apollinaristis, qui concedebant Verbum



Verbum corpus cum anima assumpsisse, negabant  
nihilominus assumpsisse etiam intellectū, potenti-  
am scilicet animæ, unde dicti sunt DIMOERITÆ.

6. Senior Apolloninaris dicitur etiam docu-  
isse hæresin Millenariorum, de quibus supra.



## DECAS VI.

✱ Ab anno 350. ad annum 360. ✱

351. **C**onstantius moturus contra Mag-  
nientium jubet omnes milites pri-  
us baptizari, aut exui militari baltheo,  
& ad pagos redire. Unde factum ferunt,  
ut Ethnici vocarentur Pagani, quæ appel-  
latio illis conveniebat, qui alicui militiæ  
adscripti non erant, aut certè exinde de-  
rivatum, quòd a temporibus Christiano-  
rum non liceret amplius idola sua gentili-  
bus colere in urbibus, sed fieri id tan-  
tūm soleret in pagis.

Constantius & Magnentius tantā utrin-  
que clade congregiuntur prope Mursam,  
ut hoc prælium Romani Imperii vires at-  
trivisse creditum sit: victoria tamen stetit à  
Constantio.

S. Martinus anno ætatis suæ 35. bap-  
tizatur.

Habetur synodus Syrmii contra Photi-  
num, ejusque hæresis damnatur.



Constantius mortuo jam fratre Constante liberior factus Paulum operâ Constantinopolitano Episcopatu dejicit, & Macedonium Arianum in sede collocat, qui exulante Paulodirum in modum vexat Catholicos, adeo ut præter verbera, carceres bonorum direptiones, exilia etiam frontibus stigmata inureret, foeminis mamillas ferro candente perforaret, & servis abscinderet: & quod omnibus tormentis acerbius exitit, Catholicis sacra mysteria per vim ori ligno distento ingesserit, denique nihil crudelitatis omiserunt, ut Catholicos ad communicandum secum compellerent.

✠(352.)✠ Julius Pontifex moritur, cui sufficitur Liberius natione Romanus, ex patre Augusto, qui mox adit imperatorem de celebrando concilio.

✠(353.)✠ Constantius decretoriâ pugna aggreditur Magnentium, apud Murfam Pannoniæ urbem, eodem confusus Crucis signo, quo pater ejus Constantinus: & sic crucem, cruci Christianus Imperator Imperatori Christiano opponit. Fuit eim hoc primum prælium, quo Christiani conflixere cum Christianis, sed Imperatoribus utrinque impiis hinc fautore Arianorum. Et Inde tyranno nefario, ac



ac innocentissimi Imperatoris Constantis  
interfectore. Videbatur tamen remune-  
rator liberalis Deus everforem idolorum  
Constantium hac temporali felicitate bea-  
re voluisse victoriam elargiendo contra  
tyrannum: qui ultimâ pugna in eas angu-  
stias reductus est ut gladio suo despera-  
bundus incumbens sibi ignominiosam  
mortem & æmulo triumphî gloriam con-  
ciliaverit. Haud absimili facto interiit De-  
centius frater Magnentii qui eodem cer-  
tamine victus laqueo sibi vitam finivit.

Hac victoriâ elatus Constantius ostendit,  
*nihil esse infelicius felicitate peccantium*; eò  
enim insanix & impietatis devenit, ut æ-  
ternus orbis totius Dominus a suis appel-  
lari voluerit; vaferrimè abblandientibus  
Arianis, ut Imperatorem suum æternum  
Dominum appellarent, qui filium Dei æ-  
ternum esse negarunt.

In hac pugna Valens Arianus Episcopus  
urbis illius, cum primum nuncium victo-  
riæ Constantio in basilica Martyrum præ-  
stolanti eventum, afferret, festinus gratiæ  
Imperatoris auctus, ut reverentiam sui  
majorem adderet, mentitus est Angelum  
victoriæ nuncium ad se venisse & jussisse  
Imperatori ante omnes alios fugam ho-  
stium referre.

Unde



Unde credulus Imperator postea palam  
asseruit, non virtute exercitus sed meritis  
Valentis hanc sibi victoriam obtigisse.

Apparuit hoc anno in die Pentecostes  
Hierosolymis supra montem Oliveti usque  
ad Golgatha se protendens ingens Crux in  
cœlo ex luce : nec vaticinari licet aliud  
quid portendisse, quam potentiam Chri-  
sti per Crucem mundum subigentis uni-  
versum, cujus divinitatem Ariani impug-  
nabant.

✱(354.)✱ Gallus Cæsar Polæ in Istria  
à Constantianis capitur, spoliatur orna-  
mentis Cæsareis, & capite truncatur, ac  
multi, qui Gallo favebant, tum Catholici,  
tum hæretici, occiduntur, vel in exilium  
amandantur: qua in persecutione, male  
quoque metuens Julianus frater Galli Co-  
mum profugit, & inde in Græciam migra-  
vit specioso scholarum visendarum præ-  
textu, ut Gregorius Nazianzenus scribit,  
reipsâ autem pessimâ intentione, ut regio-  
nis illius sacrificos & impostores de rebus  
suis confuleret.

Basilus Cæsariensis Cappadox, & Gre-  
gorius Nazianzenus eodem tempore A-  
thenis paribus studiis litterarum & pieta-  
tis innotescunt, & mutuâ familiaritate &  
sanctâ amicitia conversantur.



✠(355.)✠ Celebratur Concilium Mediolanense à Liberio Papa quidem expectitum, ut causa Athanasij ab Episcopis, qui aderant ex Occidente trecentis judicaretur, revera tamen non tam Ecclesiastica synodus, quam tyrannica consultatio fuit, in qua hæreticus Imperator Constantius præfedit, & Catholicis nihil, hæreticis autem nefanda quæque indulta sunt. Ibi-  
dem Eusebius Vercellensis Episcopus qui vocatus iteratò cum venire recusasset, ipse quoque comparuit tandem, & protestatus est in faciem Imperatoris non se dicturum sententiam, nisi singulorum Episcoporum, qui adessent, fidem exploratam prius haberet. Itaque producens Nicænam fidei confessionem petiit, ut omnes prius subscriberent. Cum verò Mediolanensis Episcopus Dionysius subscribere cæpisset, Valens Arianus calamum & chartam violenter è manibus ejus extorsit: posthæc multis clamoribus dissipata est synodus, Valente & Ursacio cæterisque Arianis Episcopis metu plebis, quæ Catholicam fidem egregio studio propugnabat, in Palatium Imperatoris se subducentibus. Populus quoque Mediolanensis deposito Catholico & Auxentio Arianio Episcopo intruso fortiter Imperatoris mandatum averfatus est,

nec



nec unquam in communionem cum Ariano convenit. Exinde crudeliter iterum à Constantio in Catholicos Episcopos & præcipuè in Legatos Sedis Apostolicæ sævitum est, plerisque in exilium abactis nonnullis, Basilio etiam Diacono & socio legationis, ante exilium flagellis prius concisis.

Liberius Papa vi in exilium asportatur, & Felix, qui cum Arianis subscribendo communicavit, pseudopapa sufficitur similiter & Osius prope centenarius senex Episcopus Cordubensis quia restitit in faciem Imperatori & subscribere noluit, Sirmii exulare jubetur.

Hilarius autem creatur Episcopus Pictaviensis, ut veluti excelsa arbor (sic loquitur S. Hieronymus,) Ecclesiam suffulciret, & fidei periclitanti præsto esset.

In his motibus opportuna Juliano affulfit occasio ut Pallium philosophicum cum purpura Cæsarea mutaret. Constantius enim fortunæ suæ metuens & tot motibus sustinendis imparem se agnoscens, agente maxime Eusebiâ Imperatrice Julianum Patruelem fratrem è Græcia evocatum in Collegam Imperii adsciscit, & purpura induit, ac paulò post cum Helena virgine Constantii sorore matrimonio jungit.

Me-



Memorat Ammianus, Juliano cum Vienne pervenisset, ab annu luminibus orba acclamatum fuisse ipsum Deorum templa reparaturum.

\*(356.)\* Syrianus Dux jussu Constantii diris modis Alexandrinam ecclesiam exagitat, multis sacris Deo Virginibus & Sacerdotibus, gladiis & sagittis confectis Athanasius fugâ elabitur, & proposito premio ei qui vel vivum aut caput demortui detulisset, passim apud Catholicos æquæ ac gentiles inquiritur, Episcopi insuper nonaginta Catholici Ægypto expelluntur, Herachio Comite Ariano homine ibidem grassante. Admirabilis eluxit tunc fortitudo Catholicorum fermè omnium Episcoporum ac Clericorum, Monachorum & populorum, virorum ac foeminarum, & præsertim Virginum sacrarum, dum quævis potius tormenta, exilia, deportationes in metalla, lapidationes, depredationes, denudationes, ignominias, carceres, neces, ecclesiarum expilationes, incendia & everSIONES pati maluerunt, quàm vel semel impiis hæreticis communicare.

Athanasius ex latebris suis (latebat autem in deserto inter Anachoretas uti probabile est) apologias scribit. Similiter Lucifer

cifer



cifer in loco manifesto sui exilii martyrii cupidissimus variis editis libris scelera Constantii aperte perstringit. Sed Martyrii Palmam invidentibus Arianis non tollitur, ærunnis tantum longioribus conficiendus. Eusebius quidem Vercellensis Episcopus, quod nollet hæreticis communicare scalarum proclivi tractu ad finem usque pertractus est, iterum ad summum revocatus, & denuo ad communicandum interrogatus, cum constanter negaret, iterum eadem iterumque perpeffus est. Ad maiora tamen toleranda in plures annos superstes inter supplicia relictus. Gravioribus autem tormentis exagitati martyrium subjerunt Dionysius Mediolanensis, & Paulinus Trevirensis Episcopus.

Celebratur Biteris in Gallia Narbonensi Arianorum Conciliabulum, & Hilarius Biterrensis & Rhodanius Tolosanus Episcopus in Exilium eiciuntur.

Constantius Romæ triumphum agens de Magnentio, à nobilibus Matronis Romanis (maritis id facere recusantibus) ob Imperatoris hæretici metum precibus fortissimis eò adactus est, ut Liberium ab exilio revocatum sedem Romanæ restituerit, & cum Felice Episcopum agere jufferit. Populo autem uno ore in circo acclamante,

*Unus*



Unus Deus, Unus Christus, Unus Episcopus, votis Imperator annuit.

Eusebia Augusta cum sterilis ipsa fuerit, invidet Juliano propagationem suam, in hunc finem Helenam Conjugem Juliani ad bibendum venenum inducit. Et obstetricem mercede conducit, ut natam prolem masculam, plusquam conveniret, resecto umbilico, necaret. Deo nefas hoc permittente, ne in Apostatae sobole impietas propagaretur.

Eudoxius Arianæ sectæ Germanicæ Syriæ urbis Episcopus operâ & auxilio Cubiculariorum ab Imperatore fraudulenter inducto in sedem Antiochenam defuncto Leontio sufficitur, qui mox pro reducendo Aëtio tametsi frustra, quibus tamen fraudibus & viribus potest, laborat.

**HÆRESIS EUDOXII ET AËTII EORUMQUE SECTATORUM,**

qui etiam

**EUNOMIANI seu ANONÆI**

appellati sunt.

Cum Aëtius cognomento impius Eudoxio Episcopo Ariano (à quo Valens Imperator baptizatus est) se se adjunxisset, Eunomiūque habuisset discipulum ac secretarium, factum est, ut affectatores eorum diversis nominibus appellarentur, qui errores turpissimos docuerunt.

2. Ne-



1. Negârunt Deum Patrem dare esse filium, & filium ac Spiritum sanctum puras creaturas esse, ne quidem similitudine aliquâ intercedente cum Patre, impiè blasphemabant.

2. Rebaptizabant accedentes ad se, cuiuscunque illi religionis fuissent.

3. Formula rebaptizandi apud illos hæc erat, rebaptizo te in nomine Dei increâti, in nomine Filij creati, & in nomine Spiritûs sanctificati, ab alia creatura creati.

4. Eorum, quos rebaptizabant, caput deorsum, & pedes sursum convertebant, eosque sic constitutos jurare cogeant, nunquam se ab ipsorum secta recessuros.

5. Totam salutem in sola fide sua constituebant, & credenti permittebant omnem libidinem; & molliciem carnis, utpote quibus nullum etiam enorme scelus propter fidem ipsorum imputaretur.

5. Vocabant per contemptum Catholicos Antiquarios, gloriantes novitate suæ doctrinæ fidei.

6. Dacebant sectatores suos omnem verecundiam exuere, unde impudentissimi mortaliū fuerunt, & procacissimæ libidinis. Magistri Dicti sunt Troglotidæ, quia secreta loca quæsierunt, ad exercendas suas libidines, & erigendam Cathedram pestilentie.

✠(357.)✠ Concilium Syrmicense ab Aria-



Arianis celebratum, in quo Photinum damnarunt ut Catholicam Romanam sedem potestate damnandi sub hac larva veritatis tuendæ æmulerentur.

Erat Photinus jam antè in Concilio Sardicensi à Catholica Sede damnatus cum affectis suis Photinianis, qui etiam Homuncionistæ dicti sunt, quia Christum purum hominem esse asserabant.

Osus Cordubensis Episcopus subscribit fidei formulæ in Sirmienti Synodo ab Arianis editæ, verberibus tormentisque adactus. Tanti viri lapsum immenso luctu prosecuti sunt SS. Patres, ut qui in tot tamque validis adversitatibus feliciter cursum vitæ suæ & Ecclesiæ suæ clavum moderatus, post tot maria ærumnarum superata, in portu salutis denique naufragium fecerit, totâ Ecclesiâ expavescente: de pœnitentiâ tamen ejusdè Osii resipiscientis & retractantis hæresin vix dubitare licebit, si Athanasio prout meretur, fidem dare velimus, asserenti, eum plusquam centenarium senem moriturum vim Arianorum protestatum esse, & hæresin eorum quasi ultimæ voluntatis suæ testamento condemnasse, ac piè in Catholica communione quievisse.

Similem & æquè lugubrem lapsum com-

MEMO-



memorat Athanasius de Liberio Papa quòd post multas ærumnas exantlatas & duorum annorum exilium tandem etiam ipse minis mortis ad subscriptionem contra Athanasium ab Arianis compulsus in eodem concilio Sirmienti consenserit, imò & formulæ fidei subscripserit.

Subscripsit autem, ut Sozomenus advertit, formulæ primæ ad confutandum Photinum editæ, in qua asseritur filium Patri tam substantiâ quàm cæteris omnibus esse similem, omisâ voce *Consubstantialis*, quâ sanctus Hilarius & Virgilius Episcopus Tridentinus ut Catholicam agnoverunt. Non subscripsit autem posteriori fidei formulæ in eadem synodo editæ, in qua tum nomen *substantie*, tum *Consubstantialis* omissum est, & asserta est tantum similitudo Patris cum Filio, quæ techna impia fuit Arianorum ad reprobandam SemiArianorum formulam in Ancyrano concilio editam, quæ posito nomine *substantie*, & voce *Consubstantialis* omisâ magis Catholica videbatur, & à Constantio Imperatore approbari videbatur. Ex quo apparet, tametsi Liberius gravissimè deliquerit subscribendo, à fide tamen Catholica non defecisse, neque in hæresin incidisse, quia consubstantialitatem in personis divinis non



non negavit in formula, sed expresso nomine *substantia*, vocem *Consubstantialis* tantum professus non est.

Liberius Romam reversus omnium Catholicorum animos a se longè averfos invenit, eò quòd Constantio hæretico consenserit, & subscripserit Arianorum formulæ fuitq; hæc tanta populi commotio, ut nunc Felici Christianæ fidei vexillum erigenti firmissimè adhærerent, contra Liberium cum hæreticis quaquâ ratione communicantem. Imò a militibus Constantii carceres & cædes multi perpeti & affici martyrio maluerint, quam Imperatoris mandato de recipiendo Liberio obtemperare. Sed & Divinæ Providentiæ opus hoc fuit admirabile, quod prævaricante legitimo pastore & capite Ecclesiæ labefactato & deficiente (si tamen verè a fide defecerit) ita Felicem in fide rectâ confirmaverit, ut hæreticum Imperatorem damnaverit supremi Ecclesiæ capitis auctoritate & potestate usus, quam ipsi tunc Christus contulit, populo postulante, clero suffragante, universâ fidelium ecclesiâ consentiente. Denique dignum fuit hoc caput, ut Martyrij laureâ coronaretur, quam ei impositam fuisse jubente Constantio testatur corpus ejus inventum

tem-



tempore Gregorii XIII. tempore utiq; opportuno, quo de morte Felicis Papæ dubia rationum bilance causa ponderabatur. Tunc enim (sic cœlo revelante secretum gratiæ) hæc inscriptio in lapideo laterculo exarata simul cum corpore inventa, est. **CORPUS SANCTI FELICIS PAPÆ, ET MARTYRIS QUI DAMNAVIT CONSTANTIUM.**

Felice defuncto Liberius ab Arianiis recedens, receptus est à Romanis tanquam legitimus Romanæ Ecclesiæ universalis Pontifex, Vicarius Christi, & caput visibile, fortior à lapsu, & ad perfidiam Ariatorum Anathemate fulminandam gloriosior.

✱(358.)✱ Julianus cum septem Alemannorum Reges vicisset, ab exercitu Augustus acclamatus est.

Nicomedia horribili terræ motu concutitur, & flammæ ex tetræ hiatibus erumpentes, atque palantes per quinquaginta dies ac noctes majorem partem ædium hominumque ex motu superstitum absumunt. Arsacius genere Persa, olim ex milite factus insignis sub Licinio confessor hanc cladem prædixerat, sed cum fidem non inveniret, in turrin suam (quam Nicomediæ, vitæ sanctitate & miraculis con-

spi-



spicius inhabitabat) se se recepit, ibique Deum precatus, uti solebat, pronus in terra post cladem inventus est.

Antonius Magnus moriturus S. Athanasio Meloten & Pallium, Serapioni autem vestem cilicinam, & fratribus odium contra hæreticos & schismaticos ultimo testamento suo legat, & anno vitæ 105. plenus meritorum obdormiscit, neque de sepulturæ loco constat. Sic enim fieri voluit, ne ab amicissimo quodam valde divite Martyrii, sive templi structurâ honoraretur.

Dum Antonius occumbit, oritur novum Ecclesiæ sidus Hilarion, qui doctrinâ ac sanctitate fulgere incipit: similiter S. Martinus ex milite factus S. Hilarii dignissimus magistro discipulus.

✱(359.)✱ Cogitur concilium Ariminense quadringentis Episcopis convenientibus, ex quibus tantum quinquaginta & aliquot ex Arianis erant, cæteri omnes Catholici. Iterum Valens & Ursacius, qui intererant, cum tota sua secta Ariana & cum formula fidei in synodo Syrmienti tertio loco edita, in qua nomina *substantiæ* & *Consubstantialis* fraudulenter omissa erant, unanimi Patrum consensu damnati sunt. Contendebant autem Arianæ in hoc concilio

L

cilio



cilio (idem etiam litteris acerbis vehementer urgente Constantio) ut in formula fidei voces illæ *substantiæ*, *consubstantialis* tanquam semina discordiæ eliminarentur. Advertentes autem sagaces Catholicæ Ecclesiæ Præsules, hunc aggerem esse, quo remoto facilius possit Christi divinitas oppugnari, perstiterunt in formula Nicænæ fidei asserenda, & confirmanda. Concitârunt adhæc Arianus Imperatorem adversus Catholicos, ut Episcopos diu Arimini detineret & ærumnis maceraret: multiq[ue] tandem compulsi sunt subscribere formulæ Valentis, in qua Dei Filius dicebatur non esse creatura, sicut alia creatura. Valens acceptâ à Constantio potestate civitatés circumiens per vim scribere cogebat, ac recusantes Episcopos sedibus eiciebat. *Et orbis pene universus admiratus est, se Arianum esse*, duorum hominum Valentis & Ursacii fraudibus circumventus.

Concilium hoc Arimini celebratum verè Orthodoxum & Sanctum habetur à SS. Patribus, in quo hæresis damnata, & sola vera fides confirmata est: tamen si plurima pars ex ejusdem congregatis Patribus post finitum concilium resiliit & ex metu, post menses aliquot præterlapsos subscripserit. Li.



Liberius Papa recusans subscribere concilio Ariminensi, (quoad fidei formulam a Valente porrectam, & ea, quibus finito jam concilio per vim & metum multi Episcopi compulsi subscripserunt) nunc alterâ vice urbe ejicitur: non est tamen alius ei suffectus. Delituit autem interea Liberius in cæmeteriis suburbanis usque ad Constantij obitum; ut testatur S. Hieronymus.

S. Gaudentius Ariminensis Episcopus, absens tempore concilii, eo absoluto redit in sedem, & acta ejus fortiter damnat: acta scilicet posteriora. Quare Martiani præsidis jussu fustuario & lapidatione mactatus animam Deo reddidit.

Passus est etiam Ruffinus, ante currum Epicteti Circumcellensis tamdiu currere compulsus, donec ejus præcordia rumperentur. Sic nimirum hæretici tuentur fidem suam Diocletiano, quam Christianis similiore.

Concilium Selevciæ celebratum eodem tempore, quo Ariminense. Concilium hoc mera contentio fuit Acacio antesignano Arianorum & semi-Arianorum, mutuò se excommunicantium, utrisque ad Constantium confugientibus, nescivit miser Imperator, in quam partem inclinaret.

Episcopi Ariani variis modis à Deo pu-



niuntur. Zosimus Arianus, Neopolitano Episcopo expulso sussecltus inter ipsas sacerdotaies functiones passus est subito lingue arcanâ quadam vi extra labia proreclt ituporem, ut non prius retrahere valeret quam templo excessisset, & hoc quoties sacra peragere attentavit, ut cogeretur cedere Episcopatu. Florentius qui non subscripsit, sed tantum communicavit cum Arianis divinâ virtute è sede suâ Episcopali coram populo copioso, quasi fulmine excussus, & humi prostratus, cum resurgens iterum confidet, iterum iterumque tertiâ vice dejectus, animam ingentes motu tremores artuum efflavit. Similibus & multis horrendis suppliciis vindicta divina impietatem Arianorum profecuta est.

✱(360.)✱ Hilarius exul in Phrygia post mortuum ibidem resuscitatus, iussu Constantii & consilio Arianorum, qui cum provocante congregari non audebant, ad sedem suam Pictaviensem remittitur.

Fædum in modum Orientalis Ecclesie laceratur ab hæreticis & schismaticis etiam inter Catholicos obortis.

### HYDRA MULTICEPS ARIANÆ HÆRESIS.

**E**X Ariana hæresi prava hæc germina propagata sunt. Eusebiani, Photiniani, Eutychiani,



xiani, Acaciani, Eunomiani, Macedoniani, Aëtiani, Anomiani, Exucontii, Psatyriani, Cyrtiani, Duliani, omnes hi eodem tempore lacerarunt Ecclesiam, sed contra Cathedram Petri non prevaluerunt.

# MACEDONIANI QUI ETIAM PNEVMATOMACHI ET MARATHONIANI DICTI.

**M**acedonius Episcopus Constantinopolitanus fuit hostis Spiritus sancti, quem uno gradu tantum superiorem Angelis posuit. Macedonianam heresin plurimi sectati sunt, quod hi oratione multum posse crederentur, & aliunde viri boni sanctique viderentur: profuit etiam ipsis Murathonius quidam, alias Quæstor, qui post multas divitias collectas ejuratâ militiâ, totum se ad egros curandos & pauperes sublevandos impendebat: neque hoc satis, sed monasticam insuper vitam Eustathij Sebasteni professus est; animo nihilominus hereticus, & magnus patronus Macedonianorum, quorum sectam suis pecuniis promovit ac fovit, dignus ideo, qui nomen quoque Macedonianis impertiret, dictis scilicet Marathonianis. Adverte Lector, quid de hereticorum fide statuendum sit, ex moribus eorum & simulatis virtutibus.





## HÆRESIS MESSALIANORUM.

Qui etiam dicti sunt:

PSALLIANI, EUCHITÆ

Seu

PRECATORES SPIRITUALES, EU-  
 PHEMITÆ, MARTYRIANI, SATA-  
 NISTÆ, ADELPHIANI, SACCO-  
 PHORI ET ENTHUSIASTÆ.

**T**emporibus Constantii apparuerunt hæc mon-  
 stra, partim Ethnicorum partim Christi-  
 anorum deformes partus.

1. Tritum illis axioma fuit, solam orationem  
 necessariam esse ad salutem. Hinc sine fine ora-  
 bant, ideo Euchytæ dicti.

2. Nefas ducebant monachis laborare, etiam  
 ad vitam sustentandam.

3. Negârunt baptismum esse ad salutem ne-  
 cessarium.

4. Eucharistiam dicebant neque prodesse, ne-  
 que obesse.

5. Ordinationem simplicem ritum esse nec  
 dari per eam Spiritum sanctum.

6. Matrimonia liberrimè dissolvebant.

7. Censebant pejerare licitum esse.

8. Affirmabant Spiritum S. sensibiliter ad  
 se in cor introire, unde Enthusiastæ dicti, introire  
 autem per speciem ignis visibilis.

9. Asserebant quando animam suam pani-  
 tentia exptabant, exeuntem ex ore suo porcam  
 cum suis nefrentibus se cernere.

10. Q.



19. Orantes edebant, & sedentes simul orabant, & jejunia ignorabant.

11. Tempore æstatis simul dormiebant viri & feminae in plateis & vicis, asserentes se in hac terra nullam habere possessionem.

12. Prophetas se appellabant, imò & quilibet Mesallianorum Christum se appellare audebat.

13. Ethnicos, qui pro idolorum cultu accumberent, Martyres dicebant, eosq; tumulabant, ideòque se Martyrianos vocabant.

14. Satanam colebant & adorabant, ne ab eo lederentur, ideo dicti Satanici.

15. Sacco incedebant conspicui, & comas muliebri modo protendebant.



## DECAS VII.

✱ Ab anno 360. ad 370. ✱

361. **C**onstantius demortuâ Eusebiâ, uxorem ducit Faustina, ex qua suscepit Constantiam posthumam, quæ postea nupsit Gratiano. Inde in Julianum intentus, de quo sinistrè & prudenter suspicabatur, adversus eum Vadomarum Francorum Regem incitat; Sed litteræ in Juliani manus venerunt, qui Vadomarum cepit, vinctumque in Hispaniam amandavit, & ad res suas (Constantio jam viribus & annis deficiente) stabiliendas cu-



ram & conatum omnem convertit. Igitur exercitum per Illyricum ducit, contra Constantium, & successit è voto Juliani expeditio, ut sine pugna, sine sanguine obtineret Imperium, quod ambiebat. Constantius enim progressus ut invasorem reprimeret, in itinere prope Tarsum mortuus est, cum annis 24. imperasset. Quibus auditis Julianus in Thraciam advolans Constantinopolim ingreditur, & severissimas de Constantii amicis & Consiliariis quaestiones exercet: alios occidit, alios in exilium amandat, & quas in vivum non potuit, in mortuum inimicitias proficetur. Tum etiam Antistites Christianorum ad se in Palatium vocat & cui quisque velit se. Etæ jubet adhærere, ita tamen singulos allocutus, ut omnes inter se committeret, ratus concordēs sibi terribiles esse, dissidentes autem contemnendos. Tunc etiam, qui antea Christianum se simulabat, ritu Christiano festa, ac præcipuè Epiphaniæ solennissimè celebrans, clausa Deorum fana patefecit, & publicè ejuratâ Christianâ religione hostem se Christi & mysteriorum ejus exhibuit: Adhæc omnes exules Episcopos revocavit, ut Catholicos opponeret Arianis, nè isti nimis potentes fierent, sed potius mutuis contentionibus



tionibus ambæ partes se lacerarent & conficerent.

## DELIRIA ET ERRORES QUORUNDAM PSEUDOMONACHORUM ÆGYPTI.

Fuerunt his temporibus Monachi quidam in Ægypto, qui dicerent ab hominibus orantibus demonas foras egredi, per excrementa, sputa, mucum, &c.

Fuerunt etiam, qui his contraria docerent, nimirum peccatum esse ejusmodi corporis excrementa egerere, uti & semen emittere ad generandum, abusi sententia Christi Matth. 15. non quæ intrant per os, sed quæ exeunt, coinquant, &c.

\*(362.)\* Julianus aulam suam aperuit omni hominum fæci, ganeonibus, comædis, lenonibus & meretricibus, &c. Inter omnes autem summâ Veneratione coluit Maximum Philosophum Cynicum, suum quondam magistrum Athenis, & magum impiissimum, huic anima scelesti Imperatoris quasi agglutinata adhæsit.

Publicè Diis sacrificante Juliano Maris Chalcedonensis Episcopus in faciem restitit, impietatem exprobrans, cui tamen versipellis Idololatra mirâ hypocrisis mansuetudinem simulans, nihil reposuit aliud,

L 5

quàm



quàm Galileus tuus non te sanabit. (Ob grandem enim senectam suffusione oculorum Maris laborabat) Maris autem respondit, ego gratias D E O mee habeo, quòd cecus sim, ne te, qui à pietate excidisti, oculis afficiam. Ad quæ Imperator nullo responso dato, simulatâ scilicet patientiâ præteriiit. Dolendum est, quòd hoc egregium senis facinus Ariana hæresis, quam profitebatur, plurimum obscuret.

Julianus, Christianis consveta jejunia quadragesimalia auspicantibus, Constantinopoli cuncta cibaria, quæ venum publice exponi solebant, polluit sacrificiis Deorum, ut sic Christiani cogerentur vesci cibis immolatitiis. Cùm verò Theodori Martyris divinâ revelatione admoniti loco panis cocto frumento uti capissent Christiani, hoc facto desperans Julianus optata consequi, cibos ab omni labe puros, ut antè apponi iterum iussit. Et Constantinopolitani cives in honorem S. Theodori deinceps frumentum coctum in pauperes anniversariâ memoriâ erogarunt.

Julianus evertit & terrâ obruit signum Crucis in capite simulacri urbis Constantinopolitanæ erectum.

Necat contra jus gentium legatos Persarum



farum eo prætextu, quòd ad sacrificia invitati comparere renuissent, unde in eos quasi Numinum solis & lunæ & ignis contemptores, tanquam vindex legum Persarum, iussit animadverti, re autem ipsa quia Christiani erant, quorum memoria ideo apud Græcos & Latinos celebratur decimo quinto Calendas Julii.

Sævit in Cæsaream Cappadociæ quia Christo erat addictissima. Ideo omnem pecuniam & suppellectilem confinium ecclesiarum sibi afferri iussit, insuper trecentos libras auri publico ærario solvi, Clericos omnes in numerum militum inscribi, Christianos una cum uxoribus & liberis in censum redigi, & tributum pendere: minatus quoque nunquam se ab affligenda civitate temperaturum, nisi Deorum delubra diruta ex integro restituerint: & ne inanes has minas esse, cives arbitrarentur, iussit multos ex iis, qui templis diruendis operam collocârunt, morte mulctari, ut tam nobilis ecclesia martyrii coronâ, non privaretur. Eâdem crudelitate in cæteras Cappadociæ & omnium Provinciarum ecclesias per milites suos grassatus est. Huic furori fortissimè & potentissimè se opposuere Basilius & Gregorius Nazianzenus, ita ut Julianus veneraretur utrumque, &



metueret, atque ferociam suam subinde quasi frænis injectis nonnihil cohiberet.

Christiani, Catholici æquè ac hæretici sine discrimine, ubique locorum, propter idola vel diruta vel spreta diris modis cruciantur & enecantur. Nec potuerunt eam vim inferre tormenta, ut non magis contemptui esset quàm timori tyranni vesania.

Antiochiæ Reliquiæ S. Babylæ Antiocheni Episcopi, ex Luco Daphne (in quo Julianus responsa ab oraculo expectabat, & nullis sacrificiis obtinere poterat propter ossa S. Martyris ibidem sepulta) a Christianis tolluntur, & summâ solennitate & jubilo populi in urbem transferuntur: plurimi autem ex Christianis quia indesinenter cantabant versiculum illum psalmi 96. *Confundantur omnes, qui adorant sculptilia & qui gloriantur in simulachris*, in carceres coniecti & verberibus aliisque tormentis severissimè cruciati sunt.

Quòd verò Julianus permiserit ossa S. Babylæ solenni pompâ transferri, causam enarrat S. Chrysostomus, quia, inquit, timuit, ne eadem poenâ plecteretur à Deo quo ejus quondam avunculus etiam Julianus appellatus, & Orientis Præfectus, qui cum in Dominico aureo (templum id erat Anti-



Antiochiæ primarium) sacra ecclesiæ vasa sacrilegè polluisset, & rapuisset, in vindictam tanti sceleris verendis putrefactis, nec valens per eas partes excrementa egerere, per sceleratum os, blasphemix instrumentum evomens miserè periit.

Julianus Antiochiæ fontes, aqua lustrali & sordibus idololatriæ coinquinat, ut quoquo modo impietatis participes faciat Christianos, quibus nihilominus Christiani æquè dolentes quam insaniam tyranni risui habentes, sine metu peccati usi sunt.

Martyres innumeri propè sanguinè pro Christo fundunt, horrenda autem est præ cæteris lectu, & auditu Gazensium crudelitas in Christianos exercita sub Juliano. Presbyterorum & virginum sacrarum ventres disciderunt, & hordeo impletos porcis objecerunt. Addit Gregorius Nazianzenus, Heliopolitanos virgines dissectas non porcis tantum objecisse, sed etiam exsectis hepaticibus earum se se ingurgitasse,

In Palæstina mandato Juliani sepulchrum S. Joannis Baptistæ, & sepulchrum Elisæi evertitur, & ossa utriusque comburuntur. Reliquiæ, quæ prostant venerationi, in diversis locis, vel ante ablatae, vel à Christianis ex igne subtractæ sunt & illæ servatae.

Ejus-



Ejusdem mandato Cæsareæ Philippi statua Christi, (quam mulier à profluvio sanguinis liberata ibidem consecraverat,) deijcitur, & pro ea Juliani statua eodem in loco erigitur; sed confestim divina omnipotentia manifestante se, ignis violentus cœlo delapsus statuam tyranni circa pectus diffecuit, & caput in terram dejecit.

Post Georgium Arianum & Alexandrinum Pseudo-Episcopum à Gentilibus cæsum S. Athanasius è latebris emergit & Alexandriam redit, tanto confluxu populi applaudentis ingressus in urbem, ut tota Ægyptus convenisse videretur: Convocato mox concilio lapsi ad communionem cum honore recipiuntur.

Lucifer Calaritanus fit in Concilio Alexandrino auctor schismatis neque cum lapsis, neque cum eis, qui eos recepissent, communicare volens, & rediens in suam Sardiniam in schismate perseveravit usque ad mortem.

Ariani efficiunt apud Julianum, ut Athanasius exterminaretur: hic autem quæsitus ad necem insequentcs se callidè elusit, cymbam, quâ vehebatur ad insequentcs conversâ, cum iuterrogaretur, an non vidisset fugientem Athanasium? respondit, haud procul abesse: quibus  
remis



remis velisque ultra properantibus Athanasius aliâ viâ navigium deflexit, & salvus evasit.

Julianus prohibet Christianos liberales disciplinas docere, & edicto jubet Galilæos appellari, cruces aboleri, & qui Christum profiterentur, eos impune injuriis affici posse edicto promulgavit, & foeminis indulgit viros suos turpi repudio dimittere.

### HÆRESIS LUCIFERIANORUM ET HILARO-LUCIFERIANORUM.

*Præter schisma etiam hæreses sectati sunt Luciferiani,*

1. *Credebant animam transfusione genitam à carne, & ex substantia carnis derivatam.*

2. *Negabant Episcopos lapsos in hæresim cum Episcopali honore recipiendos esse in ecclesiam etiamsi satisfactionem pro peccato præstitissent.*

3. *Dicebant Ecclesiam factam esse meretricem, & suam novellam ecclesiam esse Sponsam veram Christi.*

4. *Hilarius ecclesie Romane Diaconus factus Luciferi assecla adjunxit anabaptismum pro iis, qui extra eorum ecclesiam baptizati fuissent.*

✠(363.)✠ Julianus potestatem facit Judæis templi Hierosolymitani restituendi, Deus autem manifestis miraculis prohibet reparationem, flammis scilicet ex fundamentis

mentis



mentis apertis erumpentibus, quibus multi ex impiis latomis absumpti sunt, ideoque opus interruptum.

Imperator movet in Persas cum magno militum apparatu, magno item Dæmonum, quibus plurimum confusus arma rapuit. Primo impetu occupat aliquot urbes, sed à proditore aliquo in loca comæatu carentia deductus, plerisque militibus amissis, prælium cum Persis conferit, in quo dum sine lorica pugnat, telo lethaliter vulneratus, sanguinem exceptum manu in coelum jactans, & identidem exclamans, *vicisti Galilæe, vicisti*, interiit incertum est, an ex militibus, an ex cœlo telum vibratum fuerit. Priusquam in bellum procederet multis magorum pollicitationibus, & vaticinationibus mendacibus inductus, vovit, si victor rediret, se de Christianis Diis suis immolaturum esse, totamque gentem funditus deleturum.

Memorable fuit præ multis illud vaticinium Ludi magistri cujusdam Christiani Antiocheni, qui paucis ante mortem Juliani diebus, interrogatus per jocum à Libanio gentili sophista, *quid ageret tum fabri filius*, Christum intelligens, respondit, *eum Juliano loculum fabricare.*

Narratur à Cedreno Julianum cum ad Car-



Carras venisset Mesopotamiæ urbem, clam in quadam spelunca mulieris ventrem dissecuisse ut ex ejus jecinore belli eventum prænosceret, ibidemque portentosis spectris valde territum fuisse.

Contigit etiam insigne illud miraculum, ut cum ex more ad discendas res absentes agens apud Persas dæmone nuncio uteretur, eumque tunc in Occidentem sciscitaturum misisset, veredarius dæmon perveniens ad locum quendam, ubi monachus Publius dictus habitabat, ibi per decem dies steterit immobilis, non valens ultra progredi, quod monachus ille diu nocturne oraret, quapropter regredi coactus Juliano moræ & rei infectæ causas retulit. Quo audito Julianus infremuit quidem contra monachum, sed unus ex ipsius proceribus cognito hoc miraculo, omnibus suis in pauperes distributis insignis monachus evasit.

Cadaver ejus Tarsi Ciliciæ conditum est, magnâ urbium & populorum, per quos transvehi debuit, derisione & subfannatione. Narratur etiam à Gregorio Nazianzeno à terra excussum, & æstu vehementi, corpus conditum, iterum ejectum esse, sed & Philosophos, magos & augures, qui felicem belli exitum vaticiniis cruentis prædixerant, ludibriis variè ab omnibus expositos & exagitatos esse.

Post



Post cædem Juliani Flavius Jovinianus Singidone in Pannonia natus egregius fidei Catholicæ confessor, statim ex necessitate ab omnibus militibus, internecionem à Persis timentibus, eligitur Imperator, cumque is negaret se militibus Ethnicis præesse velle, omnes se Christianos esse proclamant, & Augustum dicunt. Quæ uti ratio temporis tunc postulabat, pacem mox cum Persis inivit magnâ parte Mesopotamiæ relictâ, milite ex Perside retracto. *Sic malè consuere vestem compulsus, quam ejus antecessor malè considerat.*

Magnis lætitiis Catholica Ecclesia ærumnis pressa resurgit, aperiuntur & eriguntur templa, docendi potestas Christianis redditur.

Athanasius indicit synodum Alexandriæ & primarios sibi subiectos Episcopos convocat. Cui ipse etiam Acacius impiissimus Cæsareæ Palestinæ Episcopus Arianorum antesignanus fax & lues totius orbis Christiani, nunc se pietate simulatâ submittit, & Nicænam fidem profitetur.

✱(364.)✱ Jovinianus optimus Imperator vix monstratus Catholicæ Ecclesiæ anno ætatis suæ 33. Dadastanæ in limine Bithiniæ & Galatiæ vel ex cruditate stomachi, ut quidam scribunt, vel prunarum calore



calore ob recens illitum calce parietem in cubiculo exanimatus inventus est.

Valentinianus filius Gratiani & Catholice fidei confessor insignis, absens & Ancyræ tunc moratus, nemine reclamante ab exercitu eligitur Imperator. Dictus hic fuit Funarius quia funem aliquando portantique quinque milites extorquere non potuerunt.

Hic Imperii magnitudine & mole territus, cui par unus esse haud sibi videbatur, collegam adscivit fratrem suum Valentem, ei que Orientem administrandum reliquit dum ipse Occidentem regeret.

Procopius, propinquus defuncti Juliani post corpus Tarsum deductum, diu latuit, tandem absentibus Imperatoribus Imperium quod diu ambivit, arripuit: ac primò paucos habuit fautores sed ita brevi crevere vires ejus, ut fieret Valenti metuendus

✱(365.)✱ Celebrantur in variis locis synodi semi-Arianorum, Arianorum & Catholicorum.

S. Hilarion tribus signis Crucis depictis, mare, quod Epidauritanorum civitati everfionem minitabatur, precibus suis ita coërcet, ut postquam in immensam altitudinem intumescens, diu fremuit, quasi ad obicem indignans in seipsum relapsus sit.



✱(366.)✱ Procopius non satis cautè ac providè re suâ administratâ Valente cum Lupicino Magistro equitum fortiter se opponente tyrannidi, à suis victus traditur, & capite minuitur, quod Valentiniano Parisios missum est, in argumentum victoriæ. Marcellus autem cognatus Procopii æquali temeritate Imperium sibi arrogans, mox captus, fulcatis acerrimè lateribus interiit.

Valens Baptizatur ab Eudoxio & labitur in hæresin Arianam, blanditiis conjugis suæ laqueis Arianæ hæresis jam pridem irretitæ, ad hoc inductus.

Gregorius Nazianzenus & Basilus vocantur ex eremo, hic factus adjutor Eusebii Cæsareæ Cappadociæ Episcopi jam ipsi reconciliati; ille Patrem senio confectum adjuvans in sede Nazianzena: ambo excitati à viris bonis & à Deo, ut operam ferrent ecclesiæ laboranti.

Nascitur Junior Valentinianus ex Justina, Magnentii olim uxore, fæmina Ariana, quæ si non corripit maritum, saltem meliorem esse prohibuit.

✱(367.)✱ Moritur Liberius Papa confessor fidei meritissimus, qui omnem maculam, quam ex communione cum Arianis aliquamdiu absque pravitate hæretica habita



habita contraxit, longis ærumnis & laboribus pro Christi vera ecclesia exantlatis ac præclara fidei confessione tempore concilii Ariminesis factâ, penitus delevit.

Sufficitur Liberio mortuo Damasus Hispanus: hujus electionem turbavit schisma Ursicini: qui enim semper steterant à Liberio, dolentes Pontificem creatum esse ex partibus Felicis, pauci quidem, sed animosi, eligunt in Basilica Sicicini Ursicinum Diaconum, unde magni tumultus & cædes in eadem æde Sicicini, aliquando unâ die repertis 137. cadaveribus interfectorum. *Tanto cum ambitu prensabatur ea sedes tunc temporis*, inquit Ammianus Ethnicus hujus temporis scriptor, *quæ Romanum Pontificem mensâ, curribus & apparatus regibus parem efficiebat.* Ex quibus constat, quantæ fuerint jam primis sæculis divitiæ hujus Sedis, quibus bene usi Pontifices duplicem gloriam, & qui malè abusi, duplex dedecus temporale & æternum miserabiliter promeruere.

Valentinianus infirmus Gratianum filium suum (in quo jam tum, puerili adhuc ætate Imperii dignitas emicabat,) Augustum dicit, & ornamentis Imperii induit.

✱(368.)✱ Defuncto Carthaginis Pseudo-Episcopo sufficitur in ejus locum à  
Dona-



Donatistis Parmenianus scriptor egregie confutatus ab Optato Milevitano & Augustino.

✱(369)✱ Celebratur Concilium Romæ, nonaginta Episcopis ex Italia & Gallia congregatis, contra Auxentium in quo scripta denuo formula fidei Ariminensis, & Auxentius damnatus est, cum jam multos Episcopos Illyrici in suas partes pertraxisset.

Anicius Probus Præfectus prætorii Ambrosio civi Romano, filio Ambrosii, (qui præfectus Gallias rexerat) Insubriam, Liguriam & Æmiliam cum insignibus consularibus administrandas tradit admonito, ut eas provincias non ut Judex, sed ut Episcopus regeret, quæ vox non monitio tantum sed vaticinium fuit.

Eusebio Cæsareæ Cappadociæ demortuo succedit Basilii Magni.

Arsaces Rex Armeniæ Christianus dolo pacis & convivii captus à Sapore Persarum Rege effossis oculis & vinctus argenteis catenis, ferro pænali subiectus interiit.

Valens confecto bello cum Gothis pacem init, & redit Constantinopolim plus hic Catholicis quam Gothis metuendus.

✱(370.)✱ Valens octuaginta honestissimos viros Ordinis Ecclesiastici, qui Nicomediam venerant, ad rogandum Imperatorem,



ratorem, ut ad Constantinopolitanum  
Episcopatum Evagrium, à Catholicis ele-  
ctum admitteret, per Modestum præfe-  
ctum navi impositos in medio mari exuri  
iussit, quam ob causam gravissima fames  
subsecuta piis eorum Manibus litasse vi-  
detur.

Edictum emittit Valens, quo sub gravis-  
simis poenis injunxit, ut Episcopi expulsi à  
Constantio & à Juliano restituti, iterum ex-  
pellerentur. Athanasium tamen a sua ple-  
be retentum non est ausus aggredi, sicut  
nec Paulinum Antiochenum, nec Epipha-  
nium.

Fuit Epiphanius Palæstinus ex vico Be-  
sanduce in tractu Eleutheropolitano, qui  
monachus in patria sua & Ægypto fuerat.  
hic tentatus à Gnosticis per impudicas mu-  
lieres, sed favente Deo ab illarum illece-  
bris prohibitus, tandem Salaminæ seu  
Constantiæ in Cipro factus est Episcopus,  
eruditissimus æquè ac sanctissimus.

Eusebius Samosatenus exulat: in habitu  
tamen militari ecclesias Syriæ & Palæsti-  
næ visitat, pastoribus ei victum sufficien-  
tibus. Ejecti quoque sunt Meletius An-  
tiochenus, Pelagius Laodicens, Grego-  
rius Nyssenus frater S. Basilii.

Cum Valens similiter Basilium ejicere de-  
cre-



crevisset, ejus exilio subscribere volens  
tribus fractis calamis & manibus tremore  
agitari cœpit, ut subscribere non posset  
quâ re obstupescens chartam laceravit,  
proposito destitit. Accitus postmodum  
ab Imperatore Basilus, ut precibus  
sanaret ægrotantem filium, promisit se  
filio sanitatem ope divinâ redditurum, si  
sibi traderetur instituendus in fide Catho-  
lica, idque cum Imperator pollicitus esset  
puer subito sanatus est, cum autem Valens  
ab Arianis seductus filium illis tradidisset  
baptizandum, ille mox spiritum emisit.

Ausus etiam Princeps coquorum Demosthenes in aula Valentis Basilium reprehendere, sensit insolentiam suam egregie  
verbis retusam; *tuum est*, inquit, Basilus,  
*jusculorum curare condimenta, cum tuas*  
*aures habeas oppletas sordibus, Sacrosancta dogmata*  
*audire non potes.*

Fuit hoc tempore Aphraates quidam  
Senecio monachus, quem cum proprio  
gradu festinantem vidisset Valens interro-  
gavit, quò curreret festinus extra cellam  
an nesciret, monachis manendum in cel-  
lis? Cui Aphraates respondebat, *Currere*  
*tamus nos monachi, quia ardet Ecclesia & Ordo*  
*Christi, cui te flammâ impietatis tuâ inje-*  
*cit.* ad hæc interminatus Imperator ultro  
conticuit.



Valens persequitur mágos, & celebriores quosdam Philosophos occidit, propter fortilegium. Cúm enim in comitatu suo nonnulli de successore quævisissent fortes, atque hæ litteræ occurrissent. THEOD. multos propterea necari iussit, quos Imperii affectatores suspicatus est.

Athanasius Rex Gothorum Ethnicus persequitur Christianos, qui a temporibus Constantini Magni jam religionem regno illi implantatam propagaverant.

Infamis circa hæc tempora fuit monachorum quorundam avaritia, qui domos circumibant ad decipiendas mulierculas oneratas peccatis, & ex crumenis illarum quæstum magnum faciebant sub pallio pietatis, unde Valentinianus ad Damasum Papam rescripsit, ne clerici & monachi donationes aut legata vel hæreditates à mulieribus accipere possent. Hanc legem autem antiquavit postea Marcianus, ejusque ea de re sanctionem probavit Justinianus & codici inseri voluit. Falsum autem est, ut Baronius ostendit, quòd Valentiniano castissimo Imperatori imputatur, sancivisse, ut quicumque vellet, posset duas uxores legitimas habere, & hoc fecisse propterea, quòd ipse vivente adhuc conjugem suam Severam amaret & concupisceret Justinianum

M

stinianum



stinam Virginem. Calumniam hanc esse ostendit Baronius.

\*\*\*\*\*

## DECAS VII.

✱ *Ab anno 370. ad annum 380.* ✱

371. ✱ **E**piscope Ecclesiæ Orientalis sub-  
✱ dium ex poscunt ab Occidentali-  
bus Athanasio & Basilio pro impetrandis  
viris insignibus ad Damasum Pontificem  
scribentibus.

Basilus malè accusatus, tanquam tres  
Deos profiteretur, strenuè se, contra ob-  
trepatores defendit.

✱ (372.) ✱ Athanasius Alexandriae mo-  
ritur cum per annos quadraginta sex Ec-  
clesiæ illi præfuisset Episcopus, Vir tribus  
Imperatoribus & toto Romano Imperio  
superior.

Didymus Alexandrinus floruit hoc tem-  
pore a quinto ætatis anno oculis captus,  
anagnoste tamen usus scholæ ecclesiasti-  
cæ præfuit, omnium disciplinarum gna-  
rus, etiam mathematicarum propè ad mi-  
raculum, cæcus corpore, animo perspi-  
cacissimus, de quo dolendum quod Ori-  
geni nimis pertinaciter adhæserit.

Melania nobilitate ac virtute insignis  
matrona Catholicis Episcopis ac Presby-  
teris



teris ab Arianis expulsis plurimum benefacit, & peregrinatione Hierosolymam susceptâ, unâ cum Rufino magni tunc nominis Presbytero Aquileiensi in Ægypto primùm divertit apud superstitem tunc temporis Athanasium, à quo Palladius ait, eam donatam fuisse ovinâ pelle, quam ipse dono acceperat à S. Macario Abbate, oblatam huic à Leone pro gratiarum actione ob leunculos cæcos ab eodem Macario videndi facultate impertitos. Quam historiam Rufinus enarrat itineris Melaniæ comes, inter alia quæ de Niciæ monachis referuntur meritò admittendam. Addit tamen Baronius, tum Rufino, tum Melaniæ hanc peregrinationem non exiguum detrimentum intulisse, quia nimiam familiaritatem cum Didymo Alexandrino habitâ (de quo supra) scholæ illius doctore eximio & Origenis erroribus addicto, hauserunt cum doctrinæ dalcidine errorum quoque venenum.

Hoc tempore in Syriæ solitudine latebat Hieronymus & inde litteras ad Rufinum dedit. Is Stridone in Dalmatia natus honestis parentibus, & valde divitibus, adolescens Romæ Donatum præceptorem audit, variisque peregrinationibus obitis per Galliam, Italiam, Thraciam, Pon-

M 2

tum,



tum, Bithiniam, Cappadociam, Ciliciam, tandem Syriacam eremum petiit, in qua sic mores suos monachus aptavit, ut simul ingenium suum mirificè excoleret futurus doctor Ecclesiæ.

Mauvia Regina Saracenorum convertitur ad fidem eodem tempore, quo Valens Imperator eam negavit. & profitentes ad mortem quæsiuit. Fuit Regina potentissima, quæ frequentibus præliis Romanum exercitum attrivit, & Palæstinæ ac Arabiæ limites vastavit, nec aliâ lege pacem inire voluit cum Romanis, quam ut Moyse monachus agens in eremo partibus regni sui propinquâ, gentis suæ Episcopus ordinaretur. Moyse igitur Ordinatus à Catholicis Episcopis (quamquam frementibus Arianis) ad Saracenos profectus, partim sermone, partim miraculis gentem ad Christum traduxit.

✱(373.)✱ Celebratur Romæ concilium adversus Apollinarem & ascleas.

#### APOLLINARIS & VITALIS DIVERSARUM HÆRESUM AUCTORES.

**A**D impediendam suam damnationem Antiochiâ ad Damasum profecti sunt. Damasus autem Apollinarem ad Paulinum Antiochenum sapienter remisit cum libello, cui subscriberet Apollinaris diversarum hæresum auctores.



Et quod cum subdolè fecisset, detectâ fraude à Damaso proscriptus est.

Habuit Apollinaris discipulum Vitalem, qui multorum hæreticorum parens fuisse creditur, nempe Polemianorum à quodam Polemone, qui credebatur in Christo commixtum & confusum esse verbum cum carne. 2. Antidicomarianitarum qui Mariam post Christum editum à Josepho cognitam putabant, quod & postea Helvidius dixit. Denique Collyridianorum, qui eandem Virginem colebant ut Deum, eiq; collyrida seu placentâ sacrificia faciebant per mulieres, detestandi fuerunt, sive nimis bene, sive nimis malè de Virgine sentirent.

Theodosius Senior à Valente missus in Africam rebellem fœdifragum Firmum regem Mauritanie subigit & eo adigit, ut ad laqueum confugeret, quem sibi vino madidus nexuit. Gildo autem Firmi frater renovavit tyrannidem favens Donatistis, Catholicis autem hostis infensissimus.

Theodosius verò post susceptum baptismum à Valente immeritâ nece sublatus, capite truncatus est, non aliâ causâ ut suspicari licet, quàm stimulante invidiâ, & metu svadente, quem concepit ex oraculo de successore futuro, cujus nomen inciperet à litteris THEOD. Quæsitus etiam fuit Theodosius Junior, sed divins



providentiâ periculum antevertit, qui  
Lux Næsiæ electus hoc tempore, contra  
Sarmatas Romani Imperii fines defen-  
debat.

✱(374.)✱ Auxentius Episcopus Me-  
diolanensis Arianus moritur, & S. Ambro-  
sius Præfectus illius provinciæ suffragante  
voce infantis & Ambrosium in conferta  
turba hominum Episcopum exclaman-  
tis, totius populi consensu, & magna  
lætitiâ eligitur, quamvis variis modis diu  
multumque reluctatus esset. Erat autem  
tunc temporis Ambrosius adhuc Catechu-  
menus, itaque à Catholico Episcopo mag-  
na festivitate coram Valentiniano Impe-  
ratore, qui multum gaudebat & applau-  
debat, baptizatus, & die octavo post, de-  
positis vestibus albis, Pontificalibus indu-  
tus ordinatus est. Et tamen contra Ca-  
nones ordinatio hæc est, quibus prohibe-  
batur non tantum Catechumenus sed eti-  
am Neophytus ordinari à Basilio tamen &  
omnibus Episcopis tum Orientalibus tum  
Occidentalibus approbata est. Vitæ In-  
stitutum sanctissimum tenuit omni curâ  
temporalium fratri suo Satyro relicta,  
ipse curæ animarum totum se impendit.

Refertur in vita ejus, à tribus studio-  
sissimè abstinuisse, primò ut ad convivium  
juxta



invitatus nunquam compareret, quamquam ipse primarios viros, Principes & Duces convivio sæpius æquè liberaliter excipere, quam pauperes quotidie reficere soleret. Secundò nemini unquam militiam svasit. Tertiò nulli quæsit uxorem.

Celebratur Concilium Valentinum, cuius quatuor extant canones, & unus contra eos, qui falsò crimine sacerdotium deprecabantur, ut haberetur etiam mentientibus fides, adeò voluere SS. Patres altaribus dedicatos viros non tantum a scelere, sed etiam sceleris suspicione immunes esse.

✱(375.)✱ Valens supra modum vexat monachos, compellens eos ad militiam, & militare recusantes fustiaro enecans, reprimatur tamen nonnihil furor ejus à Themistio viro verbis potente.

Valentinianus Imperator subitâ sanguinis eruptione extinguitur. Gratianus & Valentinianus secundus, Valentiniani ambo filii fiunt Augusti, postquam prior jam annos septem fuit à parente Cæsar denominatus.

S. Martinus magno Ecclesiæ emolumento fit Episcopus Turonensis.

S. Epiphanius variis editis libris ornat Ecclesiam.



✠(376.)✠ Gratianus Imperator prohibet conventus hæreticorum, & omnia loca conventuum, sive in oppidis sive in agris convenirent, fisco addicit, probe intelligens nimiam indulgentiam Patris Ariani in Occidentali Ecclesia audaciores effectos esse.

Crudelis animalium hominumque pestis per totum orbem grassatur, ex qua tamen signo crucis multi sanantur, cujus signi virtutem demirantes Gentiles plurimi ad Christum convertuntur.

✠(377.)✠ Valens Imperator ad se redit seraque poenitentia ductus exules Episcopos revocat ad sedes suas, & desistit a persecutione.

S. Augustinus ætatis suæ annum 23. agens inter Manichæos Carthagine versatus, errorem imbibit, quem mater eius Monica deplorans audit ab Episcopo Catholico hoc vaticinium fieri non potest, ut filius lacrymarum pereat.

✠(378.)✠ Oriente paulatim magno lumine Ecclesiæ S. Augustino, duo sidera Basilii & Epiphanius occumbunt. Et poenas dant Deo vindicæ multi inimici Ecclesiæ.

Valens Imperator non expectato Gratiano cum copiis imminente, temerè cum Gothis configit & vincitur, ac fugiens latensq;



in vili tugurio flammis hostilibus exurit, sic crudelis tyrannus jam vivus expertus ignes, quos sentiret sempiternos. Saraceni cum Regina sua Mauvia prædicatione Moysis monachi, Christiani facti, Constantinopolim à Gotthis obsessam liberant.

Reduces ab exilio Episcopi Antiochiæ concilium celebrant ad ecclesiarum suarum restorationem, instituunt visitationes & Eusebius Samosatenus dum Syriam & Mesopotamiam visitat, in Dolicha oppidulo à muliere quadam Ariana tegulâ è superiore loco in ejus caput dejectâ occiditur, pro qua tamen antequam expiraret adstantes jure jurando obstrinxit, nequid mali mulieri inferretur.

Gregorius Nazianzenus Constantinopolitanus Episcopus factus eam urbem ab hæresibus ferè prostratam iterum erigit, & domus affinis sui Nicobuli, ad quam primò diverterat, in templum convertitur, quod deinde Anastasia vocatum est.

S. Hieronymus eremo egressus Hierosolymam peregrinatur, & Hebraicis libris perscrutandis totum se se impendit.

✽(379.)✽ Gratianus videns deploratum Orientalis Ecclesiæ statum Theodosium Juniorem collegam creat, qui mox de barbaris insignem victoriam refert.

M 5

S. Hie-



S. Hieronymus permotus famâ Gregorii Nazianzeni ex Syria Constantinopolim migrat enim audiendi desiderio, quo etiam magistro suo gloriatur.

Gratianus omnem spem hæreticis præscindit edicto edito, quo eos perpetuo conquiescere iussit.

Maximus quidam Cynicus Christianus Philosophus Alexandrinus adulator insignis apud Gratianum sed versipellis vulpes quem Gregorius diu domi suæ aluit, clandestinis machinis conatur benefactorem suum Gregorium è sede Constantinopolitana deturbare, operâ usus Petri Alexandrini, à quo submissi prætextu frumenti devehendî Constantinopolim septem Episcopi auro nautarum corrupti Maximum cui tanquam gentili suo præ Gregorio favebat Petrus, noctu in privata domo (cum in ecclesia à Clero prohiberentur) Episcopum ordinârunt, sed cunctis tam Catholicis, quàm Arianis nefandum scelus detestantibus Maximus urbe pulsus est.

✠(386.)✠ Theodosius gravi morbo conflictatus Thessalonicæ miraculosè sanatur & baptizatur ab Acholio sive Ascholio ejus urbis Episcopo Orthodoxo. Sanxit deinceps damnatis omnibus hæresibus, ut  
omnes



omnes subditi sui Romanam fidem sequerentur. Omnes etiam ecclesias Constantino-politanas restituit Catholicis.

Justina Augusta Ariana scemina audacissima senioris Valentiniani conjunx & mater junioris turbat Ecclesiam, volens Pastorem Arianum præficere Syrmienti sedi, huic temeritati fortissimè Ambrosio se se opponente: cui etiam contigit, ut Ariana quædam virgo intra ecclesiam Syrmientem manus injicere ausa pœnam mox dederit, cum altero die mortua ad sepulchrum delata sit, comitante Ambrosio & hanc gratiam pro contumelia rependente.



## DECAS IX.

✽ *Ab anno 380. ad 390.* ✽

381. **S**YNODUS œcumenica Constantinopolitana auctoritate Damasi Papæ congregatur pro Gregorio in ea sede stabilendo, & fide Niceni Concilii confirmanda. Absolutâ synodo & Patribus adhuc Constantinopoli morantibus diem obiit Meletius Episcopus Antiochenus, cui exequiæ a toto concilio & Imperatore Theodosio adhuc præsentem solennissimè celebratæ sunt, mox autem tumultuatum est ab Orientalibus, qui in locum Meletij sus-

M 6

ficere



ficere conabantur Flavianum Presbyterum Antiochenum, Excluso Paulino, de quo subrogando conventum jam erat. Præ-  
tendebant in hoc tumultu Orientales Ec-  
clesiæ suæ dignitatem præ Occidentali,  
quod nimirum in Oriente natus esset Chri-  
stus, quod futile argumentum Gregorius  
Nazianzenus gravissimâ sententiâ conatus  
opprimere, aliud non obtinuit quam in-  
fensos à se animos: quo animadverso  
ipse quoque indignans abcessit, & per-  
misit partem tumultuosam eligere Flavia-  
num. Et quia sentiebat averfos à se Ori-  
entales & multum obtrectantes opportu-  
nitatem nactus suum quoq; Episcopatum  
quod pridem avide optabat, abdicavit.  
Electus est post hæc Nectarius adhuc Ca-  
techumenus ex curia accitus & rerum ec-  
clesiasticarum prorsus imperitus, quique  
olim intemperantius vixerat, quamvis  
nunc probus vulgo haberetur. Post ab-  
dicationem Gregorius reversus est Nazian-  
zum. PRISCILLIANUS Gallæcus Ecclesiam  
turbat in Hispania. Hæresin suam ex Ma-  
nichæorum & Gnosticorum erroribus con-  
flavit, quæ non potuit non esse turpissima  
in uanam hæresin confluentibus.

HÆRE.



## HÆRESIS PRISCILLIANI & PRISCILLIANISTARUM.

1. **D**uos statuerunt Deos, bonum & malum auctores more Gnosticorum.
2. Tres Sanctissimæ Trinitatis Personas Sabellianorum instar permiscebant.
3. Faciebant filium posteriorem Patre veluti virtutem quandam ab essentia divina posterius procedentem.
4. Conspirabant cum Manichæis & Marcionistis adversus veram JESU Christi humanitatem.
5. Ideo Redemptoris Nativitatem & diem Dominicum non celebrabant, sed eo die jejunabant.
6. Corpus suapte natura malum & à malo Principio, id est à Diabolo esse procreatum censebant.
7. Inde inferebant corpora non esse resurrectionis.
8. Similiter ab esu carnis, quasi ex se male abstinebant.
9. Uxores à viris, & viros ab uxoribus etiam invitis sejungebant, matrimonium & prolium generationem detestantes.
10. Filios promissionis credebant nasci ex feminis, sed conceptos ex Spiritu sancto, & nullo modo concedebant hominem ex carnali semine ortum ad Deum pertinere.

II. Com.



11. *Comminiscebantur animas ejusdem esse naturæ & substantiæ, cujus est Deus.*

12. *Addebant animas ob peccatum de celo descendisse, & à maligno Principio obviam facto inclusas fuisse, & quasi insertas in varia corpora carnalia.*

13. *Stellis homines fatali nexu alligabant.*

14. *Diabolum natura sua malum ac nunquam bonum esse potuisse existimabant.*

15. *Dicebant prophetas Demoniacos fuisse, & ea quæ dicebant nunquam intellexisse.*

16. *Scripturas non canonicas pro veris obtrudebant, & Scripturæ veræ loca sibi adversantia in allegorias trahebant.*

17. *Secreti erant tenacissimi, doctrinam suam nemini quoad omnia revelantes.*

✱(382.)✱ *S. Hieronymus Romam venit & juvat Damasum in conscribendis acti Ecclesiæ: compescit ibidem Helvidium oblatrantem canem hæreticum imperitum illum quidem, sed blasphemis pollentem, itemque Epicureum Jovianum pseudomonachum ejusdem impietatis collegam.*

## HÆRESIS HELVIDII

*Seu*

## ANTIDICO MARIANITIS.

1. *Purissimæ DEI Genitricis MARIÆ perpetuam virginitatem fuit accerrime instatui, unde nomen accepit.*

2. Di-



2. Dicebat virginitatem non esse majoris meriti, quàm conjugium, quo errore multas Deo dicatas virgines induxit ad resiliendum à votis. Et nubendum, quæ causa fuit S. Hieronymo scribendi de virginitate, Et multas virgines Romanas suæ doctrinæ discipulas instruendi.

### HÆRESIS JOVINIANI PSEUDO-MONACHI.

Impugnabat cum Helvidio virginitatem DEI Genitricis.

2. Omnes cibos omni tempore suis permittebat, legem omnem abstinentiæ aut jejunij exécratus.

3. Peccata omnia paria esse dicebat cum stoicis.

4. Æqualem in cælo futuram omnibus mercedem prædicabat.

5. Asserebat hominem baptizatum esse impæccabilem, neque peccando gratiam perdere.

Incipit Lucem doctrinæ suæ copiosam diffundere S. Joannes Chrysostomus & veritus, ne Episcopus eligeretur, secedit in eremum.

383. Flavius Clemens Maximus Dux exercitus quamquam Christianus esset, ambitione tamen ductus in Britannia per tyrannidem acclamatur Imperator ope regulorum, & filium suum Victorem adhibet con-



confortem Imperii, inde in Galliam cum  
suis Britannis transgressus depulsis Ar-  
monicis in eorum regione confedit, unde  
eis deinceps Britanniae minoris nomen.  
Narratur, militibus ejus missa esse undecim  
millia Virginum quae, ad Coloniam Agrip-  
pinam cum S. Ursula ab Hunnis trucidatae  
sunt. Ita creditur à multis hæc historia,  
ut multas fabulas ei alligatas esse judicent.

Gratianus nomen summi Pontificis, quod  
Imperatores Romani etiam si Christiani es-  
sent ( absque tamen labe sacrorum ) sibi  
obsummam potestatis plenitudinem reti-  
nebant, in honorem sedis Apostolicæ  
deponit, & multa præterea ad gentilitias  
superstitiones opprimendas piè ac pru-  
denter ordinat; unde odium apud Sena-  
tores Ethnicos incurrit. Ut cum Ma-  
ximo clandestinè colluderent, factum in-  
de ut Gratianus à suis militibus desertus  
Lugduni per Andragathium Ducem à Ma-  
ximo immixtum cæderetur, corpus autem  
cæsi Imperatoris Maximus sepeliri prohi-  
buit, & elatus victoriâ in amicos ejus de-  
fævit, ac primo quidem in Merobandem  
anni hujus Consulem, & Ballionem Ducem,  
qui sibi cruciatuum metu mortem intulit.  
Rescripsit quoque Maximus ad Theodo-  
sum, utrum sine bello Imperii confortem  
se



se adsciscere vellet. Sed sapienter spe bonâ tyrannum lachryavit Theodosius, ne Valentinianus à Maximo, puer adhuc inermis in Italia opprimeretur & interficeretur, a quo etiam misit Ambrosium ad eundem Maximum ut eloquentiâ & prudentiâ suâ imminentem Italiæ cladem averteret.

Theodosius Arcadium filium suum majorem natu pronunciat Augustum Constantinopoli, & à Damaso Papa postulat virum litteris & pietate insignem, cui Arcadium instituendum committere possit. Damasus igitur Arsenium misit Ecclesiæ Romanæ Diaconum, quem Imperator tantâ observantiâ excepit, ut diceret, *Tu nunc magis pater quàm ego*: Cum aliquando vidisset Arsenium inter docendum stantem & Arcadium sedentem increpito Arsenio, quod magisterii gradû parum decorè observaret, illo verò excusante haud decere sedentem se docere Imperatorem, indignans Theodosius Arcadio Imperatoris abstulit insigne, & sedere in throno compulit Arsenium, Arcadium vero detecto capite auditorem adstare illud inculcans, *tunc prolem suam verè fore dignam imperio, si cum scientia, æquè imbuta esset pietate.*

Augustinus annos natus viginti novem

Augu-



Romam venit clam matre ut Rhetoricam doceret: Quando tam dira fames urbem oppressit, ut pauperes ex ea pellerentur. Crudele remedium, nunquam urbibus profuturum.

✱(384.)✱ Symmachus Præfectus Urbis vir dextrissimus offert libellum Valentiniano pro cultu Deorum restituendo, sed egregiè à S. Ambrosio refutatur, quam defensionem Aurelius Prudentius eleganti carmine descripsit.

S. Augustinus Mediolani proficitur Rhetoricam, & postquam concubina, relicto ei filio Adeodato ab eo in Africam unde venerat rediisset, incipit paulatim in lucē veritatis emergere.

Nascitur Theodosio filius secundus dictus Honorius, neque enim Baronius consentit illis qui in historia Arsenii referunt ambos Arcadium & Honorium à Theodosio coram Arsenio stante in schola confedissee, quod de solo Arcadio intelligendum esse annorum computo ostendit. Hoc certum est, à solo Arcadio illud Minerval Arsenium retulisse, quod vitæ ipsius insidias struxerit, quia plagis aliquando correctus ab eo fuit, quæ occasio fuit ut Arsenius valediceret aulæ & viam solitariam in eremo inchoaret.

Damasus Papa moritur.



✱(335.)✱ Siricius Romanus Filius Tiburtii in locum Damasi à Clero & populo surrogatur.

Augustinus convertitur anno ætatis suæ trigesimo primo, audita voce in horto suo *Tolle lege, Tolle lege*, ex Lectione S. Pauli plenè cognoscens quæ ad salutem animæ conducebant.

S. Hieronymus mortuo Damaso & à Siricio non æquè ad Epistolas & acta Ecclesiæ conscribenda adhibitus multum vexatur Romæ à Clericis imperitis, quorum pravos mores, scriptis suis fugillaverat, ideoque ut se ab his turbinibus eriperet Roma cum Pauliniano fratre juniore aliisque monachis navigavit in Cyprum, atque Hierosolymam migravit.

Burdegala in Aquitania jussu Maximi tyranni convocante Delphino ejus loci Episcopo concilium celebratur contra Priscillianum, in quo ipse hæresis damnatus ob turpissima scelera jussu Maximi capite cum sociis nonnullis truncatus est, aliis in exilium amandatis

*Tametsi Maximus wideri posset velut alter Phinees manus suas in nece Priscilliant sanctificare gladio eum subjiciendo, temerariè tamen & injuste egit arrogando sibi judicium Sacerdotale. Cui etiam S. Martinus Turonensis Episcopus pvalde*



valde obstitit ne id auderet, Ithacio & aliis quibusdam Episcopis sanguinem indiscreto zelo postulantibus: implorare enim (inquit Sanctus Augustinus) auxilium Principum licet adversus hæreticos, pœna autem capitis contra eosdem à personis ecclesiasticis procurari nec fieri decet, nec laudari potest.

Priscilliano occiso, hæresis non solum oppressa non est, sed etiam latius propagata est multis eum ut Martyrem prosequentibus, & occisorum corpora in Hispaniam magno honore & reverentia transferentibus. Præsertim quia Ithacius accusator Priscilliani odio potius, quàm divine legis zelo commotus videbatur, & contra mansuetudinem Pastoralis officij manifestè egit pœnam sanguinis urgendo.

✱(386.)✱ Valentinianus Justinâ Ariannâ matre extorquente edictum edit, quo permittit Arianis facultatem conventus agendi, narratur in eo edendo egregia confessio Brixiani, Magistri memoriæ, sive ut alii, Præsidis scriniorum memoriæ, qui non solum gratiam à Justina sibi promissam respuit, sed ipsum officium & honorem, quem habuit deponere maluit, quàm decretum dictare. Hinc furor in Ambrosium tum foeminæ, tum pueri Valentiniani, quem foemina velut capistro regebat. Furorem hunc auxit Ecclesia data  
ab



ab Imperatore Arianis, & ab Ambrosio fortiter negata. Cui populus Mediolanensis favebat cum pastore suo mori paratus. Præerat tunc Episcopus Arianis Auxentius alter natione Scythæ qui se Mercurinum vocabat. ob nomen Auxentii Mediolanensibus odiosum & Auxentium Cappadocem Antecessorem: is ad disputationem provocabat Ambrosium in Palatio, conditionem hic accepit, sed in Ecclesia coram populo, habuit enim Ambrosius aulam merito suspectam, Auxentius autem cum renueret, ostendit quod per insidias & non amore veritatis tantum præfulem ad palatium provocaverit.

Habentur Concilia Romæ unum ad corrigendos mores Clericorum præcipue, & Treviris ad absolvendum Ithacium de sanguine Priscilliani & Sociorum, Euchroviæ Delphidii Oratoris Conjugis & Latroniani, aliorumque sociorum ad absolutiorem hanc potissimum Patres Maximo tyranno compellente. Cujus voluntati etiam S. Martinus tantisper cedendum ratus est, pro majore bono Ecclesiæ. à quo tanto quoque sanctus hic præsul in honore ac æstimatione habitus est, ut Imperatoriæ mensæ conviva adhibitus, regiam patinam primum haurire jussus fuerit à Maximo, cam



eam è manu præfulis expectante: qui tamen non Imperatori sed Presbytero suo eandem, ceu digniori, porrexit. Discessit tamen brevi ex aula Martinus amantior similitudinis, quam honoris & cupidinarum. Hoc anno Ordinatus est Presbyter S. Johannes à Flaviano Episcopo candida columba signo Spiritus S. super caput ejus desuper volante, ac deinceps in hoc gradu annis duodecim populum docuit, ob singularem eloquentiam ab Antiochenis nomen Chrysostomi consecutus.

✠(387.)✠ Justina Ambrosium & Catholicos exagitat, sed Pastorem cum populo experitur fortissimè adversantem. Eluxit singularis quædam DEI vindicta, cum Justina apertè Ambrosium in exilium amandare non posset, instituit Euthymium, qui domo juxta ecclesiam conductâ & curru parato clam abreptum Ambrosium transportaret, sed, cum is frustra diu insidias struxisset, accidit, ut ex eadem domo eodem curru ipse in exilium deportaretur S. Ambrosio, ea quæ ad victum necessaria erant, misericorditer subministrante. Mira in hac persecutione eluxit pietas populi Mediolanensis in Ambrosium Pastorem suum, qui maluerant omnium bonorum, & capitis etiam jacturam subire



subire, quam impiis Justinæ & Valentiniani mandatis obtemperare, adeò ut ipsi etiam prætoriani milites ex oppugnationibus Ambrosii facti fuerint propugnatores.

Ad vim demum persecutionis infringendam commovit Deus Maximum qui febris litteris monuit Valentinianum ut a vi in sacerdotes abstinere & paternæ religioni inhæreret. Quare Valentinianus videns commotum Maximum & acerbiora metuens, cum Præstantiorem virum non haberet, ipsum Ambrosium legatum ad Maximum mittere & per eum deprecari compulsus est. Non tamen hic finis erat malorum. Maximo enim in Italiam ingresso eam cum matre sua relinquere, & Constantinopolim in exilium proficisci coactus est, quod ipse Ambrosio paraverat tota fere Italia vim armorum & iras Maximæ acerbis vulneribus sentiente Mediolanensis ecclesiæ cum Ambrosio pace perfruitur, sanctissimus autem præsul egenis sustentandis & captivis redimendis ipsa vasa ecclesiæ liberaliter impendit.

Maximus Româ potitus ut potius Imperatorem, quam tyrannum se exhiberet, Ethnicis quidem sacrificia permittit & aram Victoriæ restituit, Symmacho hoc factus supra modum laudante, simul tamen

men



men Catholicorum acerrimum se defensorē ostendit.

✠(387.)✠ Antiocheni cives à Theodosio jussi novum tributum pendere ad bellum contra Maximum gerendum; Flaccillæ Augustæ defunctæ Imperatricis æneam statuam in foro erectam dejiciunt & ignominiosè tractant. Itaque Theodosio scelerum vindices pœnas exigente miserè urbs afflicta est, privilegiis spoliata, & multis in exilium civibus abactis clausisque theatris Thermis & locis publicis desolata, auctoribus præcipuis seditionis in vincula conjectis, & extremum interitum omnibus metu magno expectantibus. Et actum fuisset de urbe celeberrima, nisi Flavianus Episcopus ad Imperatorem accessisset, eundemque oratione suâ ita demulisset, ut iudicibus & militibus ad se revocatis veniam celerem impertiret.

Post hanc clementiam & gratiam veniæ Antiochenis præstitam exercitum adversus Maximum Theodosius eduxit & precibus sanctorum virorum confusus plusquam viribus suis, operâ Francorum & Saxonum usus Maximum Scissæ in Pannonia, & Marcellinum fratrem ejus ad Petavionem, cum omnibus copiis delevit. Ipse Maximus à militibus propriis captus, vin-

aus



aus ad Imperatorem deductus est, & quia hic in clementiam propendebat, ab eisdem trucidatus est.

S. Augustinus Paschali tempore Mediolani à Sancto Ambrosio unà cum Alipio Hipponensi amico charissimo & Adeodato filio naturali tunc annorum circiter undecim, & insignis ingenii adolescente baptizatur, Hymno Te Deum Laudamus modulis novis decantato.

Theodosio Mediolani hoc tempore commorante Synagoga Judæorum & lucus ac forum Valentinianorum hæreticorum à Christianis accensa sunt, quia illi Monachis Christianis processionaliter euntibus ad celebritatem Machabæorum Martyrum & cantantibus insultârunt. Quare certior factus Theodosius jussit ut à Episcopo ejus loci & Christianis Synagoga reedificaretur, cui mandato fortiter obstitit S. Ambrosius & veniam Christianis, Monachis & Episcopo impetravit. Pari zelo & Christianâ fortitudine Legationi Gentilium Senatorum petentium ab Imperatore, ut aram Victoriæ à Maximo restitutam relinqueret in Capitolio, se se opponens, illum ab ejusmodi concessione revocavit.

\*(389.)\* Gregorius Nazianzenus cognomento



mento Theologus diem extremum clausit, condito prius testamento, & pauperibus ferè omnibus relictis, paucis tantum exceptis, quæ propinquis suis & domesticis legavit. In eo testamento vocat Gregorius Alipianam, itemque Eugeniam & Nonnam filias suas, & Meletium generum suum; quod intelligendum est de filiis Gorgoniæ sororis suæ, quæ nupta erat Vitaliano, similiter vox gener Græcè *πατριος* significat affinem: Gregorius enim perpetuam virginitatem servavit.

Theodosius cum Valentiniano Romæ triumphat.

Symmachus perorans in senatu pro retinenda ara Victoriæ iram Theodosii incurrit & exulare jubetur: veniam tamen impetrat in gratiam Episcopi Novatiani.

Statuæ Deorum demoliuntur & superstitiones Ethnicorum abolentur, urbs quoque furum latibulis expurgatur, in quæ multi incauti secretis quibusdam machinis ad Pistrinam præcipitabantur. Templum quoque Serapidis Alexandriæ toto orbe celeberrimum jussu ejusdem Theodosii ob turbas in Christianos motas diruitur frementibus propterea Gentilibus, & multos etiam passim Christianos occidentibus.

*Fuit autem simulacrum Serapidis factum à*  
Sest.



*seſtre Rege per Bryaxem artificem, ex omnibus generibus metallorum, lignorum, lapidumque pretioſorum, contritorum & commixtorum. Erectum, ut ait Ruſſinus, in memoriam Joſephi Patriarchæ, ob diſiſionem frumenti, qua famis tempore laboranti Ægypto ſubvenit. Et vox Serapis hoc indicare videtur, quæ apud Ægyptios ſignificat Salvatorem mundi, quo ipſo nomine Pharao Joſephum cognominavit.*

*Theſſalonicenſes Boterichum militum præfectum interficiunt, quod aurigam ſuum ob crimen detentum ad ludos publicos laxare noluerit. Excanduit ad hoc nuncium Theodoſius, placatus tamen eſt ab Ambroſio & aliis Epiſcopis Mediolori agentibus. Sed iſtantibus Palatinis & maximè Ruſſino, immiſſu eſt miles in populum ad ludos Circenſes invitatum, & ſine discrimine nocentium & innocentium ſævitum eſt. Ideo hunc à ſacris excluſit Ambroſius, nec niſi poſt octo menſium pœnitentiam in Natali Domini ad myſteria iterum admiiſit, excuſantiq; Theodoſio ſuum delictum exemplo Davidis reſpondit, qui ſecutus eſt errantem, ſequere pœnitentem.*

*Jovinianus Damnatur in ſynodo Medioloranſi.*

*Socrates narrat turpe facinus, quod contigit in eccleſia: Diaconus enim quidam*

N2

Con-



Constantinopolitanus nobilem fœminam  
Diaconissam constupravit, quæ cum publi-  
cam pœnitentiam ageret (incertum an cum  
facultate Presbyteri Pœnitentiarii, aut sua  
sponte) hoc crimen omnibus audientibus  
evulgavit: quam ob causam depositus Pres-  
byter à Nectario & pœnitentia publicè post  
hac fieri vetita. Edictum insuper à Theodo-  
sio, ne mulier fieret Diaconissa ante annum  
vitæ sexagesimum, & quoniam peccatrix  
illa Diaconum scortatorem ditasse fereba-  
tur, cautum est ne viduæ quovis titulo ec-  
clesiæ aut ministris ejus, aut pauperibus  
dare possent, quæ tamen pars legis quoad  
eleemosynas paulò post ab eodem Impera-  
tore abolita est. Ex hoc tamen Nectarii fa-  
cto qui dicunt planè abolitam esse in ec-  
clesia pœnitentiam turpiter errant & me-  
rito vapulant à viris eruditis.



DECAS X.

✿ Ab anno 390. ad annum 400. ✿

391. **C**Apit S. Joannis Baptistæ inven-  
tum in domo sceminæ Macedoni-  
anæ, quæ Cyzici degebat. Fuit hoc primo  
Chalcedone depositum, ranslatum postea  
Constantinopolim in Basilicam sumptuo-  
sam à Theodosio ejus honori ædificatam.  
S. Au



S. Augustinus anno ætatis suæ 37. populo petente a S. Valerio Hipponensi Episcopo Presbyter ordinatur, quantumvis diu reluctatus esset: moris enim tunc erat, ut viri virtute & moribus insignes etiam nolentes raperentur & adigerentur ad ordines suscipiendos. Disseminavit ex hoc tempore S. Augustinus Monasticæ vitæ institutum per Africam variis monasteriis ædificatis.

✽(392.)✽ Valentinianus Junior ab Arbogaste comite Viennæ interficitur annos natus 26. quidam scribunt in cubiculo suo inventum esse strangulatum, unde nata fabula, eum sibi met vitam laqueo ademisse, quæ calumnia est. Erat tunc Catechumenus & moturus in barbaros accersiverat Mediolano Ambrosium, ad baptismum ab eo suscipiendum, sed nece præventus, ab eo tanquam Catechumenus laudatus & Mediolani sepultus est.

Post Valentiniani cædem, adnitente magnis copiis Arbogaste, Imperium Occidentale per tyrannidem occupavit Eugenius, vir impius, & gentilitiæ superstitionis fautor qui mox aram Victoriæ Romæ excitari jussit, & propterea graviter ab Ambrosio, qui Florentiam discesserat, litteris increpitus est.

S. Augustinus fortiter disputat contra

N 3

forti-



Fortunatum Manichæorum Presbyterum eumque ita retundit, ut promitteret se posterum salutis suæ melius consulturum, sed ex eo tempore Hippone disparuit.

✱(393.✱) Honorius à Theodosio patre suo in Hebdomo (locus is erat extra urbem Constantinopolitanam) Augustus renunciatus est: quo die magna eclipsis solis contigit, fortasse in signum quod Romanum Imperium sub hoc Principe magnis cladibus esset obscurandum.

Concilium Hippone celebratur pro restituenda disciplina ecclesiasticâ.

Ruffinus improbissimus homo optimos quosque ex Theodosii ministris infidiosè tollit & illudat præcipuorum virorum jam turâ Imperatori.

✱(394.✱) Theodosius orationibus jejuniis, piisque operibus æquè, quàm armis & copiis bene præparatus adversus Eugenium & Arbogastum proficiscitur, pugnat, & vincit utrumque manifestâ Numinis ope, & sanctorum patrocínio, præcipuè S. Philippi, & S. Joannis Evangelistæ, quos in patronos hujus prælii elegerat, & à quibus ad illud redintegrandum monitus fuerat, cum victoria jam altero die in partes Eugenii, cum idolo fulminantis Jovis, ac Scythæ Herculis acie fortissimâ congregien-



tis, propendere videretur: tunc enim subito vento validissimo adversus hostem re-torta tela, eum magnâ strage vel occumbe-er vel fugere coëgerunt: captus inter mul-tos Eugenius, & ad Theodosium deductus tyrannidem suam capite luit: Arbogastes ipse sui licitor violentas sibimet manus in-tulit.

Hæc victoria ad Alpes Julianas obtenta eodem adhuc die Constantinopoli per Dæmones nunciata est, in templo S. Joan-nis Baptistæ, quod ejus honori Theodosius extruxerat, convitiantes quodd Joannes suo exercitui adversatus esset.

Pontius Paulinus Nobilis Burdegalen-sis civis, alias Consul cum conjuge sua There-sia sæculo renunciâs abiit in Nolanum a-grum, totumque se in obsequium S. Felicis dedit, vitam monasticam Presbyter am-plexus.

S. Donatus Evoræ in Epiro Episcopus necat draconem tantæ magnitudinis, ut eidem extincto extrahendo octo juga ad-hibenda fuerint: homines ille & jumenta prædabatur ingenti damno populorum. Donatus autem signo Crucis in aëre effi-giato, & spuito in os injecto interfecit.

✱(395.)✱ Moritur Theodosius com-mendatis S. Ambrosio liberis suis, Imperii



anno 16. vitæ 60. Vir fortitudine & rebus gestis magnus, sed pietate major.

Arcadius uxorem ducit Eudoxiam Lici-  
niam virginem, Eutropio has nuptias con-  
ciliante in odium Ruffini qui filiam suam  
Arcadio destinaverat, cogitans factum  
eum generum suum posse facilius & medio  
tollere, quod jam tum meditabatur.

Erat Ruffinus natus in Aquitania humili  
genere, ad Consulatum & Prætorii Præfe-  
cturam & ferè ad tutelam Arcadii promo-  
tus, sed ille Imperatorem ac purpuram  
tollere decrevit, ad hoc præstandum Go-  
this & Hunnis usus, sed fraudem subo-  
dorante Eutropio, & instigante ad necem  
inferendam proditor, a Stilicone milite in-  
signi interficitur: corpus ejus ad ludibri-  
um discerpitur, & caput pilo præfigitur,  
manus ita paratur ut laxatis aut contractis  
nervis petere & recipere pecuniam vide-  
retur. Sic periit omnibus rebus egens &  
abundans Ruffinus, cui post mortem etia-  
am tumulus defuit.

Eutropius Eunuchus Præfectus cubi-  
culo Arcadii, Stiliconi addictissimus statim  
Ruffini bona invasit: uxor tamen ejus & fi-  
lia ac soror Sylvia ad ecclesiam confugi-  
entes abire Hierosolymam permissæ sunt,  
sic tyrannus & non tyrannis sublata est.

S. Au-



S. Augustinus vivente adhuc Valerio, ne ab aliis ecclesiis raperetur, creatur Hipponensis Episcopus a Primate Numidiæ Megalio Calamensi & aliis Episcopis Catholicis, assentiente Primate Episcopo totius Africae Cathaginensi: cumque hæc ordinatio esset contra canones Nicæni Concilii, probata tamen est, quia per hanc datus est Ecclesiæ Augustinus.

✱(296,)✱ Mediolani cum missi à Stilicone milites Cresconium quendam multorum criminum reum ad templum per fugientem, obnitente S. Ambrosio vi extraxissent, accidit ut publicis in ludis spectante Honorio dimissi Leopardi priusquam suis muneribus fungerentur, in eosdem immunitatis ecclesiasticæ violatores, qui cum aliis spectatoribus assistebant, celeri gradu & assultu feroci irruentes miserè dilaniarent, quo permotus Stilico Ambrosio quamprimum pro violata immunitate ecclesiæ satisfecit.

Fritigillis Marcomannorum Regina auditâ famâ de S. Ambrosio, ejus institutione per epistolas factâ, ad Christum convertitur.

Prodigium memorabile terret Constantinopolitanos, terrâ scilicet deorsum tremante, & cœlo desuper flagrante ita ut, videretur



deretur extremus urbis interitus imminere, quo metu perculsa civitas magna poenitentiae contestatione ad Deum conversa est. In quem finem etiam hæc tam horrida portenta facta esse, Deus ipse devoto cuidam Episcopo revelavit, & ut hæc narranti & populum ad conversionem adhortanti fides non deesset, ipso die, quo urbis interitum, nisi converterentur, futurum, divinâ jussione prædicaverat, sub vespertinum crepusculum visa est ignea nubes ascendere & crescere, donec totâ civitatem obtegeret, jam jam igneas pluvias emissura, cum horribili sulphureo fæto: quo spectaculo terrefacti omnes ad ecclesias confuebant, & baptismum quisque extorquebat a quo poterat, non solum in ecclesiis, sed etiam per domos, per vicos & plateas. Verum postquam Deus fidem fecerat revelationi suæ, cæpit paulatim nubes diminui uti creverat, & desuit tunc quidem terror impendentis mali; sed mox iterum monitus populus, quod proximo sabbatho urbs esset interitura, migrare constituit. Nemo itaque eo die remansit, sed populus universus cum Arcadio Imperatore reliquis sedibus omnibus apertis miserabili voce valefecit, & aliquot milliaribus progressa tanta illa hominum multitudo, uno loco



loco demum fundendis ad Deum orationibus congregata, magnum fumum vidit eminus ab urbe ascendentem, quo evanescente, missis prius qui statum urbis cominus explorarent, nuncium receperunt omnia salva esse, reversique sunt cum gaudio ad propria, Deo tunc virgam furoris sui ad preces Imperatoris & populi pœnitentis recondente.

Varia barbaræ gentes, Indi, Persæ, Gothi, Scythæ, Morini Neruici, Getæ, Daci, aliq̃ue virtute Crucis Christi fidem amplectuntur.

\*(397.)\* Rediêre Hierosolymâ Roman Ruffinus & Melania infecti erroribus Origenistarum, qui specie magnæ pietatis hæresi urbem infecerunt.

Consuetudo ter adorandi Crucem in die Parasceves Hierosolymâ tunc temporis Romam allata, & jubente Papâ Siricio per omnes ecclesias propagata.

Moriuntur hoc anno duo magni viri in Ecclesia Ambrosius & Nestarius, hic Constantinopoli, cui successor designatus est Chrysostomus; & ille Mediolani, anno vitæ suæ 74. vir vivus & mortuus miraculis clarus, & quod maximum fuit miraculorum, Imperatoribus ac tyrannis metuentus & superior.



Concilium Carthaginense tertium celebratur, & varia statuuntur circa ecclesiasticam disciplinam.

✱(398.)✱ Siricius Papa diem obit, & Anastasius Romanus, natus patre Maximo, viro in militaribus officiis constituto, ac postmodum facto Presbytero, Pontifex creatur.

Honorius edicto promulgat supplicium mortis omnibus iis qui vim Christianorum ecclesiis, vel domibus, vel cultui divino intulerint ad rabiem Donatistarum & Circumcellionum frænandam.

Honorius annum ætatis agens decimum quartum Mariam conjugem ducit, filiam Stiliconis Ducis ex Serena fratris Theodosii filia.

Masceziles copiis aggreditur fratrem suum Gildonem qui ab Honorio ad Arcadium defecerat & Romæ cladem minabatur. Victus autem Gildo & ad desperationem adactis Romanis laqueo sibi gulam fregit. Victor autem Masceziles Stiliconis iussu & fraude a militibus per pontem in flumen præcipitatus vorticibus absorbetur.

Chrysostomus Constantinopolitanus Antistes inauguratur, tam sollicitè expectatus a Principibus ad Episcopatum, quam malè postmodum ab eisdem acceptus fuit.



✽(399.)✽ Chrysostomus declamat Constantinopoli contra spectacula Majumæ. Erant spectacula illa turpissima in quibus adulterorum fabulæ obscænæ in orchestra peragebantur, dicta Majuma à Majo, quòd scilicet in mense Majo celebrari solerent, quæ tametsi lege semel sublata fuerint, postea tamen iterum concessa ab Arcadio, absque tamen obscænitæte, sed non diu tenuit lex, quin ad vomitum plebs intemperans redierit, ut turpiora ediderint post legis relaxationem, quam ante primam ejus sanctionem. Agebantur hæc festa tantis sumptibus, ut Julianus id ipsum Antiochenis objecerit, quòd in Majumæ ferias pecuniam effunderent, & a sacrificiorum impensis se prorsus continerent.

Honorius Judæos totum propè Imperium, collectis suis, & usurariis exactionibus depascentes repressit, severe mandans ut omnem pecuniam collectam per suos Apostolos (sic vocare solebant eos, quos certis temporibus ad provincias, in quibus Judæi habitabant, visitandas & ordinandas ablegare consueverunt) in ærarium Imperatorium refunderent. Quæ rapacitas nequissimi populi æquè primis sæculis dispersionis suæ, imò etiam ante

Chri-



Christum æquè ac hodie magno dispendio populorum & provinciarum, in quibus versantur, ubique sentitur, ut videatur non indigna querela Rutilii optantis, *nunquam Judæos à Tito victos fuisse, quia victores suos ea gens victa tantopere premit.*

✱(400.)✱ Hoc anno contigit cædes Martyrum Anauniensium, qui juxta Tridentum in valle Anauniana dum rusticorum Ambaravalia (sic dicta ab *Ambiendo arva*, festa lustrationis segetum) impedire vellent, à rusticis gentilibus, cæsi & combusti sunt, fuerunt autem, Silinius Diaconus, Martyrius Lector, & Alexander Ostiarius. Occisorum corpora & nefandos homicidas prodidit nubes vallem contegens & vibrantibus fulminibus perterrefaciens reos, qui divinam vindictam sentientes fassi crimen ut erat & neci adjudicati. Parcitur tamen est ab Honorio, Episcopis intercedentibus, ut Martyrum sanguis tantum animis prodesset, & nihil corporibus noceret. Tota enim regio miraculis & signis permota ad Christum conversa est.

Vigilius quoque Episcopus Tridentinus dum idolum comminuere conatur à rusticis ejus cultoribus obrutus lapidibus, ex iis coronam texuit pretiosiore, quam ex margaritis. Cele.



Celebratur Concilium Toletanum, in eo Bigamia constituitur ex conjugio etiā ante baptismum, qua de re tunc dubitabatur.

Anastasius Papa litteris Encyclicis damnationem Origenis denunciatur, similiter damnatur Ruffinum evocatum ad se, & venire detrectantem.

### FRAIDES HÆRETICÆ ORIGINISTARUM.

*S* Sanctus Chrysostomus ex Palestina adveniens multum occupatur Constantinopoli propter Origenistas monachos qui formam pietatis astute simulantes, vaferrimè Catholicis illudere, conabantur. Negabant enim resurrectionem mortuorum, corporibus in resurrectione membra non tribuentes, sed docentes transformanda illa esse in lucidos aëreos globos: quibus si Catholici opponebant scripturam, secundum quam etiam corpus Christi cum omnibus membris resurrexit, in cuius nos similitudinem resurrecturi sumus, astutâ tergiversatione dicebant, intelligenda illa esse eodem modo, quo Deo in scriptura membra attribuuntur: qui verò aliter sentirent, eos ut rudes homines irridebant, & PILOSITAS appellabant, ut qui non membra tantum, sed & pilos tribuerent corporibus in resurrectione.

Constantinopoli contigit magnum miraculum ad veritatem Eucharistiæ proban-



bandam: sectator quidam hæresis Macedonianæ Chrysostomum audiens de fide differentem, conversus ad uxorem hæreticam adhortatus est, ut & ipsa fidem amplecteretur, aut a se recederet, mulier se id facturam promittens, composita cum famula fraude, acceptam tempore Communionis ex more manu seu linteo Eucharistiam, velut absumptura procumbens, subito a famula aliam accepit ritu Macedonianorum consecratam, quam ut primum dentibus admovit, sensit in lapidem induisse. Unde timore consternata, ne quid gravius sibi eveniret, continuo ad S. Chrysostomum accurrens se prodidit, & lapidem ostendit, cum manifestis vestigiis morsûs, & ad fidem verè conversa concors impofterum cum marito vixit. Lapis autem in tanti miraculi memoriam repositus est in thesauro ecclesiæ Constantinopolitanæ.

Gainas Dux Gothici exercitus, Arianus Æmulus Eutropii Eunuchi præpotens, in Aula Arcadii, diu machinis dolosis animum Imperatoris versans ad suum arbitrium, & ad internecionem non tantum Eutropii, sed multorum etiam insignium virorum, quos ipse sibi & suæ sæviendi libidini tradi postulavit, benignitate Arcadii



dii abusus, pœnas nunc tandem dedit, quando detectâ perduellione suâ, & non tantum Chrysostomo, verum etiam Angelis Custodibus pro Ecclesia Catholica & Arcadio excubantibus, & impietati ejus resistentibus, cedere coactus est, & fugiens per Hellespontum in Asiam à Travitta Gotho, qui cum classe suppetias Arcadio tulit, in Thraciam retrusus, ibidemque cæsus, & caput præfixum pilo Constanti-nopolim delatum est. Dignus non unâ sed tot cædibus inactari, quot viros insignes furori suo immolavit.

#### HÆRESIS AGAPITARUM.

**M**anavit hæc secta ab Hispana fœmina, cui nomen Agape, nec non ab Elpidio quodam ab illa dementato: Cæcitas Agapitarum sita in eo fuit, quod spiritualis consociationis prætextu simul absque matrimonio habitarent, & impudicè viverent, quæ valde infamis turpitudine fuit. Si enim, ut S. Augustinus loquitur, simulata innocentia non est innocentia, simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quis non dixerit impudici-tiam, virtutis & spiritualitatis larvâ obductam dupliciter malitiosam & nefandam esse.

#### HÆRESIS DISCALCEATORUM.

**P**erpetuò sibi nudis pedibus incedendum esse putabant, non corpus affligentes, ut rectè

monet



monet S. Augustinus, sed quod sinistra interpretatione sibi applicarent illud, quod Deus mandavit Moyse. Solve Calceamentum de pedibus tuis. Exod. 3. c. v. 5.

### HÆRESIS SELEUCIANORUM.

**P**rocreati sunt à Seleuco & Herma sive Her-  
mia,

1. Deum faciebant corporeum.
2. Agebant materiam elementarem, ex qua conditus est mundus, non esse à Deo, sed ipsi coeternam existere.
3. Fingebant animam non à Deo, sed ab Angelis ex igne & Spiritu conditam.
4. Ex hoc errore inferebant, non in aqua sed in igne hominem baptizandum esse.
5. Nolebant fateri Salvatorem in sua humanitate ad Patris dexteram sedere, sed illum esse spoliassse, eamque in sole collocasse docebant.
6. Non aliam agnoscebant resurrectionem futuram, quam filiorum quotidianam generationem.
7. Negabant paradisum visibilem, coelestem scilicet, in quo animæ beatæ unâ cum sanctissima humanitate filii Dei resident, suorum corporum resurrectionem expectantes. Fingebant autem pro paradiso vero alium quendam paradisum Platonicum & Chimericum.
8. Docēbant hunc mundum esse Infernum, & alium præter hunc mundum in quo viatores peregrinantur infernum non esse.

HÆ.



## HÆRESIS RHETORIANORUM.

**D**icti à quodam fabulatore Rhetorio, contende-  
bant omnes hæreticos rectâ viâ incedere,  
& veritatem docere, Somnium hoc adeò ab-  
sonum est, ut S. Augustinus videatur sibi per-  
suadere non posse illud unquam hominibus tan-  
quam credendum in mentem venisse.

HÆRESIS THEOPHRONII ET  
AGNOITARUM.

**T**heophronius Agnoitarum progenitor præter  
Eunomianâ hæresin hunc etiam errorem do-  
cuit, Deum in sua scientia esse mutabilem, quo-  
niam (inquiēbat ille) per præscientiam cogno-  
vit id, quod non est; per scientiam id, quod est;  
per memoriam ea, quæ fuerunt. Inductus ad  
hunc errorem docendum locis quibusdam sacrae  
scripturae, quæ se se mentis nostræ imbecillitati  
accommodans utitur subinde formulis  
loquendi nobis communibus.



SÆ.



**SÆCULUM  
QUINTUM.**

Continens res in Ecclesia memo-  
rabiles, quæ contigerunt ab anno  
400. ad annum Christi 500.

**DECAS I.**

✱ Ab anno 400. ad annum 410. ✱

401. **S** Sanctus Porphyrius Gazæ Episco-  
pus & Joannes Cæsariensis Metro-  
politanus navigârunt ambo simul Constan-  
tinopolim ut impetrarent apud Arcadium  
subversionem templi Marnæi ( erat id fa-  
num Jovis Gazæ famosissimum, ) & totius  
gentilitatis extirpationem, quod etiam  
impetrarunt in gratiam pueri Theodosii  
recens baptizati : Eudoxiâ, cui Porphy-  
rius felicem partum masculæ prolis vatici-  
natus erat, piâ fraude huic negotio faven-  
te. Cùm enim parvulus Theodosius a  
baptisterio ad palatium regiâ pompâ por-  
taretur, libellum supplicem Præsules por-  
rexerunt, cui infans elato nonnihil capite  
annuere visus est, manum scilicet suppo-  
nente



nente & occultè caput attollente eo, qui ferebat charum & nobile pignus speratæ diu & auspicatæ felicitatis. Quæ res ab Arcadio ut cœleste quoddam omen credita facilem eum reddidit ad edictum expediendum non tantum de templi Marnæi sed omnium fanorum demolitione: Quem in finem missus Cynegius cum copiis qui Marnæum disturbaret. Contigit tunc, ut cum clausum ab idoli sacrificulis templum à Christianis aperiri non posset, puer septennis repente exclamans Syriacâ primo patriâ linguâ (postea verò, ut appareret ipsum Deo movente & suggerente loqui) Græca tam ipsi, quàm omnibus loci incolis penitus ignotâ, modo planè extraordinario jussit templum comburi, & ejus loco basilicam in formam crucis ædificari, quod etiam sumptibus Eudoxiæ magnificè factum est, frementibus licet gentilibus & sacerdotibus fani in furorem actis.

Huic Gazensi causæ favit tantum consilio Chrysostomus, opere autem ipso prodesse non potuit, propter Eudoxiam animo acerbè averfam, quod à Chrysostomo reprehensa esset de viduæ Theognosti cujusdam vinea, quàm Imperatrix injustè ademitt, & reddere noluit. Ob quam causam

fam



sam à sancto Antistite etiam ingressa ecclesie prohibebatur, Addunt quidam, etiam viduam Alexandrinam ab eadem vexatam & Theodoricum insidiis appetitum propter divitias, quas S. Præsul in pauperes distribui curaverat, quibus percita mulier non tantum se commotam in Chrysostomum, sed etiam furiosam demonstravit.

Moritur S. Martinus Episcopus Turenensis, ante & post mortem miraculis clarus.

✱(402.)✱ Chrysostomus & Theophilus Alexandrinus dissident inter se, semina dissidii spargentibus Monachis Origenistis, qui desperantes se (multum licet laborante & mediante Chrysostomo) possent flectere suum Episcopum Theophilum, à quo Ægypto expulsi sunt, libellum obtulerunt Arcadio ad eod criminationibus plenum, ut de vita ipsius ageretur. Crediderunt aliqui id factum connivente Chrysostomo: quam ob causam accersitus est Constantinopolim Theophilus, & vix non caput ejus in discrimen adductum, atque inde odium ejus in Chrysostomum, quo Eudoxia atrociter usa est.

Eandem ob causam venit eodem tempore Epiphanius Constantinopolim, & lapidem omnem movit, ut Chrysostomus damna-



damnaret libros Origenis. Nec diu ibi  
commoratus brevi inde discessit, iratus  
tam Eudoxiæ, quam Chrysostomo: illi  
quidem, quod non potuerit eam acrius  
accendere contra Origenistas; huic au-  
tem, quod eisdem favere visus esset; In  
qua sanctorum virorum contentione factus  
est uterque vates alteri: mortem Chry-  
sostomus. Epihanio eodem anno, ante-  
quam Cyprum attingeret, prædixit; Epi-  
phanius autem Joanni imminens exilium;  
ambo fatidici nimis vera vaticinati sunt.

• S. Anastasius Romanus Pontifex migra-  
vit ex hac vita, cui Innocentius Albanus  
Innocentii filius successit. Diffidium  
quoque ortum est inter Presbyteros & Di-  
aconos non Romæ tantum sed passim in  
ecclesiis, quod inde ortum, quia Diaconi  
ceperunt spernere Presbyteros & elato  
supercilio se se illis præferre; Presbyteri  
econtra à vulgo veluti vilipendi, & Diaconis  
post haberi. Cum enim bonorum eccle-  
siæ administratio esset penes Diaconos, hi  
plus cum populo ex officio conversaban-  
tur, unde & plus reverentiæ & obsequi-  
is exhibebatur, quam Presbyteris. Ex  
quo contigit & illud ecclesiasticæ disci-  
plinæ, & ordini ac præcipuè statui sacer-  
dotali non mediocre detrimentum, ut si  
Dia-



Diaconi in Presbyteratûs ordinem ab Episcopis elevari deberent, Ecclesiæ necessitate & Presbyterorum penuriâ id exigente, multi propterea conquererentur, quòd per hoc viderentur non tam provehi ad maiora, quàm ad inferiora demitti & degradari. Cui malo sæpius in Ecclesia repullulanti pluribus in conciliis, ac præcipuè in synodo Romana, in concilio Arlatensi & Andegavensi remedium adhibitum, & in radice exscindenda strenuè laboratum est.

✱(403.)✱ Chrysostomus in concione acerbè exagitat mulieres, & cum exordium sumpisset ab illo Regum 3. cap. 16. *Congregate ad me Sacerdotes dedecoris, qui comedunt mensam Jezabel* hæc tanquam de se dicta essent Eudoxia interpretata, quæ tunc Severianum Cabalensem, Antiochum Ptolemaidis & Acacium Boerensem Episcopum adversarios conjuratos Chrysostomi Constantinopoli alebat, exilium eidem machinata, in hunc finem Chalcedone in suburbio, loco ad *Quercum* dicto à Theophilo Alexandrino cum triginta sex Episcopis adversæ factionis conciliabulum instituit, in quo Chrysostomus iniquè de 40. criminibus accusatus, cum comparere nollet, causatus legitimum concilium & iudicium



cium non esset, ipse tanquam contumax Imperatoris decreto, Eudoxiâ fortissimè stimulante, militum manu sub vesperum in navim violenter coniectus Prenetum Bythiniae emporium ingenti populi lamentatione & planctu deportatus est. Verum ingenti mox terræ motu facto unde Imperatoris cubiculi concussi pars magna concidit, populo insuper ad seditionem vergente, quamprimum plurimis nunciis missis in urbem revocatus est, funalibusque & cereis accensis in reducis honorem, & Bosphoro linitibus cooperto exceptus est, tantâ pompâ & gaudio, ut non ab exilio sed à victoria redire videretur.

Celebratur Concilium Generale Carthagine contra Donatistas.

Alaricus cum ingenti exercitu Gothorum irruit in Italiam, Romam dirèpturus, sed ad Pollentiam urbem Liguriæ per Stiliconem magnâ clade afficitur, quâ penitus deletus, imò & barbarus Rex captus esset, nisi proditor, ipse Stilico perfidiosè illum elabi permisisset, jam de Filii sui imperio quàm de republica, sollicitior, cum tamen utrumque perdiderit.

\*(404.)\* Romæ exhibentur iterum in ludis sæcularibus vetita pridem à Christianis Imperatoribus gladiatorum spectaculaque



quæ ut impediret Telemachus quidam monachus divino æstuans Spiritu in circum gladiatorum per copiosum populum intrepidus se intulit ad ludos cruentos disturbandum, sed à furentibus spectatoribus lapidibus obrutus est, qui ideo in Martyrū numero tabulis ecclesiasticis infertus legitur, Honorius autem novo edicto ejusmodi superstitiosa spectacula in perpetuum prohibuit, quem fraudulenter Gentiles ad permittendos ludos induxerunt.

Ludi celebrantur Constantinopoli statuâ argenteâ Eudoxiæ hunc in finem erectâ super columnâ porphyrepticam prope ecclesiam, quam insolentiam uti & impietatem (quâ Simulacrum Eudoxiæ velut Cybeles idolum superstitiosis ritibus per provincias deferebatur) graviter in concione ad populum Chrysostomus reprehendens, Eudoxiæ furores aliquamdiu doloso sub cinere latentes resuscitavit, quæ protinus accersitis Constantinopolim omnibus Episcopis, Chrysostomo contrariis, curavit eum denuo in conciliabulo malignantium accusari, quod expulsus sententia concilii Chalcedone ad *Quercum* habitum sine concilii auctoritate rediisset. Excipiebat ille quidem id ab Arianis statutum, aliud



aliunde autem se à 31. Episcopis absolutum esse, sed prævaluerunt apud Arcadium adversarii, ut ille imperaret Chrysostomo ab Ecclesia facessere: non cessit autem his minis & mandatis Pastor fidelis, obtendens, ecclesiam sibi à Deo non Imperatore concessam esse. Pridie ergo Paschatis cum baptismum publicè celebraturus procederet, jussu Arcadii milites immissi omnia tumultibus & cædibus miscerent, adeò ut ecclesia à barbaris occupata putaretur. Æstus furoris tantus fuit ut ipsum baptismum effuso sanguine fidelium vulneratorum, imò etiam Christi sanguine, qui tunc temporis sub speciebus vini in calice Eucharistico asservari solebat, vestes militum aspergerentur. Chrysostomus inter hæc ad unicum sibi relictum confugium ad Romanum Pontificem legitimum actionum suarum judicem appellavit, missaque quatuor Episcoporum legatione ad Innocentium Summum Pontificem (quod idem Arcadius quoque fecerat ut significaret Pontifici, quæ in synodo adversus Chrysostomum statuta erant) domi suæ se continuit, factione autem adversariorum Episcoporum apud Imperatorem prævalente, antequam Româ responsum daretur, Vincit à militibus ab-



ductus, & ad Cucufum oppidum Armeniam minorem inter & Ciliciam translatus est, ibidemque omni benevolentia ab Episcopo & fidelibus exceptus locum à natura asperum præsentia sua nobilitavit. Fatores autem ejus Joannitæ appellati dire posthæc vexati, Romam ad Innocentium confugerunt, qui monuit Honorium Imperatorem tunc in Occidente, ut ad fratrem scriberet, jussitque in causa Chrysostomi ab Orientalibus & Occidentalibus Episcopis Thessalonica synodum celebrari.

Statim à Joannis egressu ignis divinitus ex ejus throno exiliens meridie in altum assurgens, totam basilicam incendit, & ab ea disjunctum senatus palatium cum multis ædificiis, per medium populum innoxie transiliens concremavit, servatâ mirabiliter ædiculâ in qua sacra vasa conservabantur, ne calumniæ sacræ suppellectilis quasi à Joanne furtim ablata in absentem torqueri posset. Dira deinde quæstio per præfectum ethnicum habita de Joannis fautoribus, tanquam incendii auctoribus, ut etiam infantes quidam cruciarentur, sed aliud elici non potuit, quam divinam Nemesis has flammæ magni piaculi ultrices immisisse. Accidit quoque aliud gravius malum, grando enim inusitata magnitudinis



Armeni-  
anslatus  
ab Epi-  
a natura  
Fau-  
ati dire  
centium  
um Im-  
fratrem  
fofom  
Episco-  
ari.  
ivinitus  
in altum  
lit, & ab  
um mul-  
innoxie  
rabiliter  
bantur,  
quasi a  
m tor-  
per pre-  
nis fau-  
bus, ut  
tur, sed  
am Ne-  
ultrices  
gravius  
agnitu-  
dinis

dinis Constantinopolim lapidavit, & qua-  
triduo post obiit Eudoxia cum in utero  
ejus fatus immortalis computruisset. Lo-  
culus ejus mortualis cui cadaver impositum  
erat, continuo motu visus est agitari, in  
signum terrificum, quod ipsa in sanctissi-  
mam virum Episcopos armasset, & tantos  
in Ecclesia motus concitasset.

Chrysostomo in Episcopatum suffectus est  
Arsacius Ecclesiæ Constantinopolitanæ Pres-  
byter, vir ut ait Palladius quem pisce facun-  
dia & cantu ranæ superârunt, & factum id  
videtur magno & occulto Dei judicio, ut in  
locum facundissimi viri succederet homo  
imperitus & sacrarum exercitationum  
prorsus ignarus.

Contigit hoc anno disputatio S. Augu-  
stini cum Felice Manichæo, in qua victus  
Felix suam ejuravit hæresin, & multis ut  
idem facerent exemplo præluxit. Unde  
etiam Hippone hæc secta penitus extin-  
cta est.

✽(405.)✽ Episcopi Italiæ Honorium  
compellunt precibus, ut fratri suo Arcadio  
scribat, ejusque auxilio synodus Thessa-  
lonicæ celebretur, & Joannis causa ter-  
minetur, quæ Orientem & Occidentem su-  
spensum & distractum tenebat.

Incipit se detegere hæresiarcha Pela-  
gius



gius Monachus, qui diu sub ovina pelle lupus ecclesiæ delituit.

### HÆRESIS PELAGII.

**P**elagius Monachus Anglus & Voluptarius hæresiarcha sequentes errores docuit.

1. Hominem naturalibus arbitrii sui viribus mereri posse vitam æternam absque gratia DEI quâ de re cum argueretur à fratribus, dogma suum sic lenivit, ut diceret dari gratiam, non quasi ad hunc effectum consequendum necessariam. sed ad eum tantum facilius obtinendum.
2. Persuadebat suis posse absque divina gratia omnia DEI præcepta servari.
3. Illam DEI gratiam, sine qua nihil boni agere possumus, ajebat Pelagius sitam non esse nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tantum ipso Deo adjuvante per suam legem atque doctrinam, ut discamus, quæ sperare & quæ facere debeamus. Quæ temeraria doctrina pugnat manifestè cum verbis Christi Joan. 15. Sine me nihil potestis facere.
4. Censebat gratiam Dei, per quam à peccato liberamur, nobis secundum merita nostra concedi, qui fuit error manifestâ contradictione seipsum refutans, siquidem gratia illa esset prima & non prima.
5. Pelagius putabat justorum vitam esse in hoc mundo ab omnibus peccatis immunem.



6. Charitatem arbitrabatur non esse donum DEI, scientiam autem maxime, quamvis S. Paulus aperte dicat, scientiam sine charitate tantum inflare.

7. Orationem credebatur prorsus inutilem esse ad impetrandam peccatoribus conversionem, vel fidelibus fidei incrementum & perseverantiam, causatus adhuc omnia satis esse liberum arbitrium.

8. Docebat suscepto baptismo liberum arbitrium haudquaquam peccare amplius posse.

9. Negabat esse peccatum originis & nasci infantes sine originali contagione; baptizari autem, ut à bono in melius promoveantur.

10. Sine baptismo decedentes infantes agebat extra Dei regnum quidem futuros, vitam tamen ac beatitudine æternam fruituros.

11. Dicebat Adamum si non peccasset, moriturum tamen fuisse: & reipsam non merito culpe, sed naturæ conditione mortuum esse.

12. Osiores fuerunt Pelagiani paramentorum & vestium, quæ in missæ sacrificio adhibentur.

13. Neque electorum neque reproborum determinatum esse numerum sibi Pelagius persuadebat.

✱(406.)✱ Radagaisus Scythæ & Paganus cum ducentis suorum millibus Italiam inundat, & vastat, sed ab Huldino & Saro



Hunnorum & Gothorum regibus magna strage deletur, insolentes tunc ethnici sacrorum suorum restorationem audacter petebant, iactantes ethnicum Regem Radagaisum ad Deorum suorum cultum restaurandum missum esse, sed docuit eventus, quibus viribus Dii eorum pollerent, quando sine ulla sanguinis effusione aut cruento certamine totus exercitus paganus intra Fesulanos montes conclusus ab Hunnis & Gothis ( qui cum Arianis tunc communicabant ) languore & inedia confectus; Radagaisus consumpto maiore ex parte milite suo captus & capite plexus est: languidi autem & captivi milites singulis aureis venditi, aut ut ait Orosius singuli captivorum greges singulis aureis venderunt, & qui primò totam Italiam terrore, postmodum eandem mancipiis impleverunt.

Legati Innocentii Papæ & Honorii Constantinopolim missi ad Arcadium, & Episcopos pro causa Chrysostomi legitimâ synodo dirimenda, malè excipiuntur, imò ne in urbem quidem intronissi, in castello quodam detenti sunt, litteris eis per vim ereptis, & uni ex legatis (erant autem Legati sex Episcopi) fracto per tribunum pollice. Et quia novo Episcopo

Attico



Attico communicare noluerunt, putri navigio impositi sunt, & pecunia nauclero promissa est, ut eos perderet.

Sed cum Lampfacum pervenissent, mutatâ navi incolumes Romam redierunt. Ideo Innocentius Atticum (qui Arsacio post quatuor menses Episcopatus sui defuncto successerat) & Theophilum Alexandrinum cæterosque Joannis persecutores damnavit. Joannes autem hoc anno ex Cucuso ob grassantes Isauros, translatus est Arabissum.

Hoc anno Samuelis prophetæ ossa ex Silo Constantinopolim translata sunt magno triumpho, pompam Arcadio Imperatore ducente.

Vigilantius natione Hispanus patriâ Calaguritanus Presbyter ecclesiæ Barcinonensis virus suæ hæreseos, quod diu retinuit apertè nunc evomit, quem sic confutavit S. Hieronymus, ut eum non jam Vigilantium sed Dormitantium meritò appellaret.

### HÆRESIS VIGILANTII.

1. *Sanctorum venerationem, & invocationem rejecit, & iis qui Sanctorum sepulchra visabant ac reliquias honorabant, idololatriæ notam inurebat, & cereos accensos ad sepulchra Martyrum deridebat.*

Os

2. Mi-



2. *Miracula, quæ in ecclesiis Martyrum fiebant, præstigiis diabolicis adnumerabat.*

3. *Vigilias Sanctorum repudiabat, in Ecclesia antiquitus usitatas, unâ tantum vigiliâ paschæ contentus.*

4. *Jejunia ecclesiastica contemnebat.*

5. *Impugnabat Virginitatem & cœlibatum.*

6. *Paupertatem voluntariam aspernabatur & nullius meriti faciebat.*

7. *Vetabat quidpiam mitti Hierosolymam in subsidium & solatium fidelium egenorum.*

8. *Monachos à sancto suo proposito & instituto vivendi abstrahabat.*

✠(407.)✠ *Honorius edictum promulgat contra hæreticos, quo non tantum Donatistas, sed etiam Manichæos, Phrygos & Priscillianistas bonorum publicatione persecutus est, & intestabiles declaravit. Barbari Vandali & Volani depopulantur Europam ac præcipuè in Gallia grassantur, quas clades dolenter deplorat S. Hieronymus, & adscribit partim labefactatæ disciplinæ ecclesiasticæ in Gallia, partim Stiliconis ambitioni, qui barbarorum operâ uti voluit, ut in filium Eucherium regnum transferret.*

*Chrysostomus Arabyssum mutat cum Pithyunte, quò à militibus perductus, & durè in via habitus est: sperabant enim adver-*



adversarii crebrâ locorum mutatione viribus jam multâ languentem & attritum facile sic interiturum. Nec fefellit opinio, eò enim cùm pertrahitur, in templo quodam Comainis propinquo pernoctans, audit à S. Basilisco ejus loci Episcopo, Nicomediæ sub Maximiano Martyrio affecto hanc vocem *Confide frater Joannes, cras enim simul erimus.* Quare candidâ veste se se induens & Sacramentis omnibus munitus eodem die animam exhalavit 18. Kal. Octob. & in eadem cùm Basilico ecclesia sepultus est. Vixit annis 52. Mensibus octo, & sedit Episcopus annos 9. menses sex & dies 20. Vir quo eloquentiorem vix habuit Ecclesia & constantiorem, imò & doctiorem, quem ipse S. Apostolus Paulus privatis colloquiis erudit. Eodemortuo Innocentius & Occidentales non prius cum ejus iudicibus communicare voluerunt, quam ejus nomen in sacra diphtycha sive tabulas ecclesiasticas referretur, expuncto nomine Arfacii & Attici, ut eum verè Episcopum Constantinopolitanum mortuum atque in cœlo receptum esse, posteritas cognosceret. Theophilum quoque Alexandrinum anathemati cum aliis Episcopis, subiectum gradu deposuit, & Arcadium cum Eudo-



xia ab Ecclesiæ communione rejecit, Anathematis fulmine his verbis tonante.

SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS IN PERSECUTORES CHRYSOSTOMI LATA.

**I**Taque ego minimus, & peccator cui thronus magni Petri creditus est, segrego & rejicio te, & illam (scilicet Eudoxiam) à perceptione immaculorum mysteriorum Christi Dei nostri Episcopum etiam omnem ac Clericum Ordinis sanctæ DEI Ecclesiæ, qui administrare aut exhibere ea vobis ausus fuerit, ab ea hora quâ presentes litteras meas legeritis, dignitate sua excidisse decerno. Quod si, homines potentes cum sitis, quenquam ad id vi adegeritis, & Canones nobis à Salvatore per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, Scitote id vobis non parvum peccatum fore, in illa judicii die, cum neminem hujus vitæ honor, & dignitas adjuvare poterit, arcana autem & abdita cordium sub oculos omnium effundentur & exhibebuntur. Arsacium quem pro magno Joanne in thronum Episcopalem produxistis etiam post obitum exauctoramus, uno cum omnibus, qui consilio cum eo communicarunt, Episcopis, cujus etiam nomen sacro Episcoporum albo non inscribatur. Indignus enim eo honore est, qui Episcopatum quasi adulterio polluerit. Omnis siquidem plan-  
tatio



ratio, quæ à Patre nostro in cælis plantata non est, eradicabitur.

Arcadius lectis his litteris quamprimum responforiis redditis demissè, quoad potuit, sese excusavit, ignorantiam multorum prætendens, quæ ab Episcopis adversus sanctum virum nefariè acta sunt: contestatus etiam satis severè propterea Eudoxiam suam à se reprehensam esse, veniamque ac absolutionem ambos rogare, quam etiã Innocentius paternè impertivit.

Honorius autem minimè contentus hac fratris sui & Eudoxiæ submissione, & respicientiã, bello illato tam enormia facinora ulcisci decreverat, jamque expeditionem paraverat, sed aliò, ad tyrannos scilicet comprimendos, ac nominatim Constantinum quendam infimæ conditionis hominem Imperatorem à militibus proclamatum, convertere coactus, à fraterna correptione destitit.

✠(408.)✠ Arcadius vitâ excedit anno ætatis suæ trigesimo primo, relictis liberis Theodosio, Pulcheria, Placilla, Arcadia & Marina, obiens cum sciret Honorium fratrem suum offenso animo esse, Theodosium parvum Imperatorem Regi Persarum Isdegerdi commendavit, à quo missis Præfectis viris insignibus ac nominatim

natin



natim Authemio imperii Curatore præstantissimo viro, sororis etiam Pulcheriæ pietate, prudentiâ, cæterisque præclaris virtutibus fideliter custoditus & educatus parvus Theodosius magnus postmodum Imperator evasit.

Religio Christiana magnis incrementis à S. Marutha in Perside propagatur.

Stilico comes, Honorii & Imperii quasi Magister (cujus duæ filiæ Maria & Thémantia Honorio nupserant ambæ tamen virgines obierunt) postquam Alanos Suevos & Vandalos, Populares suos donis illèctos in Honorium excitasset, detectâ nunc tandem fraude & perfidis Machinationibus caput suum appeti videns in ecclesiam Ravennæ confugit, miro Dei judicio, ut asylum in ecclesia quæreret, qui tempore S. Ambrosii jus Ecclesiæ violare non est veritus: Militibus autem asserentibus tantum sibi ejus custodiendi curam, non autem necis inferendæ mandatum commissum esse, ecclesiæ asylo egressus illis se credidit. Sed alio decreto protinus ab Honorio ad milites transmissio capite truncatus est. Sic periit vir ambitiosus, & tantum Religioni addictus, quantum res ejus sinebant, daturus fortè Imperio alterum Julianum, certò certius Eucherium ethni.



ethnicum, qui templa Deorum pateface-  
re jam decreverat.

Posthæc omnia Stiliconis acta abolita  
sunt, quâ occasione usi Donatistæ ipsa  
etiam decreta Honorii, tanquam & illa  
Stiliconis fuissent, contemptui habuerunt.  
Unde Synodo Carthaginensi deferente  
iterum de insolentia Donatistarum apud  
Imperatorem, decreta omnia ab eodem  
conformari debuerunt; indicto silentio  
& quiete, nisi majestatis læsæ rei esse &  
puniri vellent.

#### HÆRESIS COELICORUM

*P*Auci sunt qui mentionem faciunt de Cæli-  
colis. Baronius ait fuisse Christianos, sed ta-  
men Apostatarum nomine potius censendos quâ  
hereticorum, & quantum colligitur ex historicis  
à Christianâ fide transferunt ad Judaismum, ita  
tamen, ut cum scirent Judaicum nomen esse cur-  
tis abominabile, non Judæi sed Cælicolæ dici  
voluerint; nec sub Judæorum Patriarchis sed  
sub aliis sibi præpositis præfectis degebant,  
quos Majores nominabant. Ut ex S. Augu-  
stino colligitur.

Theodosius Imperator hoc anno com-  
pescit Judæos, Christianos ritus impiè ad-  
ulterantes; die namque solenni quo ce-  
lebrare solebant memoriam magni bene-  
ficii præstiti in Amanis depressione &  
Mar-

Mar-



Mardochæi exaltatione, fingentes se festivo incendio comburere imaginem Amanis suspensi, Christum Crucifixum flammis sacrilegis injecerunt, & multa in contemptum Christianæ fidei peregerunt, quibus commotus Imperator, ut par erat, sacrilegia pœnis multavit, & legibus positæ insolentiam frænavit,

✱( 409.)✱ Alarico ad vindicandam mortem Stiliconis Romam cingente exercitu, Ravennæ Eucherius filius Stiliconis & Serena conjunx, ipsiusque Honorii soror patrueles ejusdem perfidiæ cum Patre conscii ac rei, laqueo suffocati sunt. Obsidio autem Urbis auro redempta est. Persolutis Alarico quinquies mille libris auri, & tricies mille libris argenti, quater mille tunicis sericis, ter mille pellibus Coccineis, piperis pondere, quod ter mille libras coæquaret: Ad has opes solvendas cum impar esset exhaustum ærarium, Deorum simulacra auro argento & gemmis, quibus recens, Eucherio favente, exornata erant, conflata sunt. Sic quidem hac vice urbs soluta est obsidione, sed non diu liberâ pace & securitate frui licuit, quin iterum cincta in angustias extremas adigeretur.

Alarico ad redintegrandam obsidionem  
novis



novis offensis irritato, & Divino Numine (ut ipse Alaricus contestatus est) ad cladem urbi inferendam impellente, & hoc flagello castigare volente, delicta populi plurimum adhuc superstitionibus ethnicis dediti, Honorii, quamvis piissimi Imperatoris pravis tamen aulicorum consiliis inducto ad relaxandam ethnicis libertatem.

Vandali, Alani, & Suevi irruunt in Hispaniam quam supra modum affligunt, Deo gravissima illorum scelera præcipue impurissimam libidinem plectente per Vandalos infirmissimum & ignavissimum tunc temporis populum, sed pudicum, ut Salvianus scribit.

✠(410.)✠ Alaricus iterata obsidione adigit Romanos ad eligendum Imperatorem Priscum Attalum tum temporis urbis Præfectum, qui mox Alaricum & Valentem Duces militiæ dixit, & Consulem fecit gentilem suum Tertullum, omnes Arianos, qualis & ipse Attalus fuit. Monuit tunc Alaricus sapienter Attalum, ut Drummam cum copiis barbaricis in Africam mitteret, atque inde Heraclianum Honorii ducem expelleret, ille autem improvide Constantem seu Constantium cum paucis militibus eo præmisit, qui primo ad-



adventu cæsus ab exercitu Heracliani Africam afferuit Honorio, atque sic vanis votum & augurum responsis Attalus delusus est: antequam porrò res ejus in Africa conciderent, moverat adversus Honorium Ravennæ degentem, & jam Ariminum usque duxerat exercitum, quando ei Honorius purpuram obtulit, & consortem Imperii creare voluit. Sed hæc respuit Attalus, & Honorio Insulam duntaxat promisit, in qua securè viveret. Cumque jam miser Honorius naves pararet, quibus ad Theodosium in Orientem confugeret, noctu subito magnus militum numerus, ex Oriente Ravennam appulit, quibus fretus Ravennæ aleam belli subire decrevit. Accessit & illud Attalo incommodum quòd Heraclianus jam victor frumentum ex Africa deferri prohibuerit. Unde famines ingens secuta, quæ tanta fuit, ut matres filios suos voraverint, & pretium humanis carnibus in circo peteretur. Huic ut provideret Attalus in urbem revocatus est, quare Attalo propter imprudentiam iratus Alaricus, purpuram eum spoliatur, & ad Honorium transmittit, ipsum autem apud se cum Ampelio filio retinet, ut utrique ab Honorio vitæ securitatem & veniam obtineret. Sic Alaricus barbarus ar-

biter



biter Imperii videbatur. Cujus ex voluntate pendebat tunc Imperatores creare, iterumque deponere.

Roma adhuc tertiâ vice obsidetur, Salarus enim Hunnorum Dux cum trecentis suis strenuissimis in Alaricum tunc stabilem pacem cum Honorio inire volentem, improvisò irruens, multos Gothos interemit: unde iratus Alaricus Honorio, quasi hujus cladis auctori, rediit ad obsidendam Romam, quam etiam cepit; dato tamen prius suis mandato serio, ut ab eorum sanguine sibi temperarent, qui ad SS. Petri & Pauli basilicas confugissent. Neque hoc tantum, sed & vasa sacra eisdem ecclesiis reddita:


Gentiles acerbius à victoribus, Christiani autem humanius, tractati; urbs tamen direpta cum multo sanguine, grassationibus & stupris, qualia à barbaris expectari potuerunt: capta tunc quoque Galla Placidia soror Honorii & Arcadii Araulpho desponsata, magno dedecore Romanorum, quia his nuptiis Imperatorius sanguis cum barbarico commixtus est.

Alaricus victoricibus copiis totum ferme Imperium sibi vendicare potuisset, sed quadam veluti amentia percussus sponte reliquit, deseruit urbem, & cum palabundo milite



lite magis quam ordine compositis tur-  
mis Campaniam, Lucaniamque pervasit,  
qui Honorium Imperatorem imparatum  
atque inermem facillimè opprimere po-  
tuisset.

Cum Italia his barbarorum incursionibus exagitaretur, imò totus ferè mundus cladibus attereretur, Honorius ut animos subditorum bene affectos conservaret, in Africa Donatistis plus æquè indulget: igitur adversus eos hoc eodem anno Carthagine concilium congregatum est, & Honorius adductus à Patribus congregatis, ut leges pro libertate Donatistarum conditas, contrariis legibus convelleret,



DECAS II.

✿ Ab anno 410. ad 420. ✿

411. **A**laricus in Siciliam moturus ex-  
 \* **A**ercitum, subitâ morte extingui-  
 tur, quem Gothi in Basentii amnis medio  
 alveo cum multis opibus sepelierunt, &  
 nequis locum scire posset, captivos, qui  
 effodiendo sepulchro operam suam im-  
 pendere debuerunt, omnes interfe-  
 cerunt, in locum Alarici suffectus est  
 Araulphus, qui recurrens Romam, mor-  
 ite.



iterum hostili ferociâ eam depopulatus est, & inde abductam Gallam Placidiam ad forum Cornelii, seu Imolam duxit uxorem.

Honorius quanquam obrutus undique tyrannis, res tamen Ecclesiæ sollicitè curat, & collationem Carthagine habitam Catholicorum cum Donatistis plurimum promovet, unde specialibus etiam beneficiis à cælo donatus, Operâ Constantii & Wiphilæ præstantissimorum Ducum suorum ab omnibus tyrannis triumphat.

Concillii porro acta memorant ex parte Catholicorum totius Africæ Episcopos convenisse ducentos octoginta sex, cum ferme centum viginti in suis ecclesiis senectute & morbis præpediti remansissent, essentque eo tempore sexaginta sedes Episcopales suis pastoribus orbatæ, ex parte verò Donatistarum centum quinquaginta novem: & Donatistæ quidem per tractorias sive publicas vecturas undequaque in unam pompam congregati Carthaginem ingressi, specioso & composito ad ostentationem agmine, omnium oculos in se converterunt. Cum econtra Catholici ad ostentationis vanitatem evitandam seorsim singuli appulissent: disputatum est per plures dies acerrimè, & ut refert S. Augusti-

gusti-



gustinus plurimi Donatistarum luce veritatis convicti resipuerunt, aliis in hæresibus sua & arrogantia inveteratis perseverantibus.

Synesius Episcopus Ptolemaides hoc eodem anno in Pentapoli synodum coëgit, adversus Andronicum Præfectum violatorem Asyli ecclesiastici, qui dicere ausus fuerat, *quod nullus Andronici manus effugere posset, etiamsi ipsius Christi pedes teneret.* Hominem hunc blasphemum separavit Synesius, & synodus universa à communione egregio ecclesiasticæ fortitudinis atque vigoris monumento. Quo Anathemate exterritus Andronicus tandem resipuit, & inter lapsos tam insignem pænitentiam peregit, ut Ecclesiæ reconciliari promeretur.

Dignissima memoratu historia illa est, quam de Synesio hoc anno Baronius scribit in annalibus. Habuit Synesius amicum Evagrium nomine, Philosophum ethnicum, quem cum Synesius ad Christum convertere conaretur excipiebat ille de multis dogmatibus Christianorum creditu difficillimis, atque inter alia de centuplo reddendo post hanc vitam pro elemosynis, inter pauperes in Christi nomine dispersis. Sed cum etiam quoad hoc

E va-



Evagrio satisfacisset Synesius, manus tandem dedit, & factus Christianus largitus est ei tria auri centenaria in pauperes eroganda eâ conditione, ut Synesius ipsi cautionem manu propriâ scriberet, quòd Christus illud aurum in altero sæculo esset redditurus. Factum id est, & post aliquot annos Philosophus moriens præcepit filiis suis, ut unâ secum illam cautionem sepe-  
 pelirent. Tertia post die Synesio ipse apparuit, iussitque recipere Chirographum suum, quòd a Christo abunde ipsi satisfactum esset, cùmque Synesius aperto sepulchro Chirographum reciperet, reperit in eo confessionem accepti debiti recenti manu Evagrii exaratam his verbis. *Ego Evagrius Philosophus tibi Sanctissimo Domino Synesio salutem. Accepi debitum in his litteris manu tuâ conscriptum, & satisfactum mihi est: Simplicius nullum contra te habeo ius, propter aurum, quod dedi tibi, & per te Christo Deo, & Salvatori nostro.* Baronius.

✱(412.)✱ Hæresis Pelagii à Cœlestico Carthagine propugnatur, sed mox opprimitur à Paulino, atque à Concilio Ecclesiastico unâ cum auctore, tum ibi tum Romæ, damnatur. Quanquam aliàs in Joviniano, à quo venenum Pelagius hausit, damnata jam fuerit.

Dona-



Donatistas aliosq; hæreticos, quos Honorius Imperator ferro, exiliis, & multis persequitur, S. Augustinus calamo & scriptis exagitat.

Theophilus Alexandrinus Episcopus migrat ex hac vita: de cuius obitu refert S. Joannes Damascenus ex Isidoro Diacono, quod cum nunquam S. Joannis Chrysostomi nomen passus esset recitari in Ecclesia, propterea animam agere non potuerit, donec allatam imaginem S. Chrysostomi veneratus esset: quâ resipiscens & detestatione erroris sui moriens expiavit, quod vivus pertinax deliquit, & magnâ æstimatione tituloq; Sanctitatis expiavit. Præmonitis prius Presbyteris, ejusdem ecclesiæ, & nominatim Cyrillo, qui ei in Episcopatu successus fuit, ut in Diptycha sive albū Sacrum sancti hujus nomen reponeret, cui ipse pertinaciter & injustè obstatus esset. Quod & alia apparitione cœlitus S. Cyrillo postmodum factâ adimpletum est.

✠(413.)✠ Heraclianus in Africa nimium potens homo crudelis, & jam pridem si minus nomine, re ipsa tamen tyrannus, nunc manifestam tyrannidem arripuit & cum classe trium millium & Septingentarum navium Romam appulit, sed littore egres-



egressus, occurſu Comit̃s Marini territ̃us  
& in fugam verſus, unâ tantũ navi ar-  
reptâ Carthaginem rediit, ubi militari  
manu interfectus eſt. Fuiſſet Marinus in-  
ſigni triumpho Romæ decoratus, niſi cum  
exercitu ſuo traiciens in Africam ad Per-  
duelles domandos Marcellinum virum e-  
ruditione & pietate inſignem à Donatiſtis  
per calumniam inſimulatum occidi juſſiſ-  
ſet: ob quam cauſam non ſolũ triumpho  
privatus, ſed etiam Roman, ex Africa re-  
vocatus & tanquam privatus, vel ad pœ-  
nam vel ad pœnitentiam dimiſſus: Marcel-  
linus autem in tabulas Eccleſiaſticas relatus  
Martyribus annumeratus eſt.

✱(414.)✱ Attalus à Gothiſ, qui eum  
Imperatorem per tyrannidem fecerant,  
dereliectus, in mari captus eſt, & Duci Con-  
ſtantio vivus traditus, poſtquam ab Hono-  
rio in triumpho ductus eſſet, Lipparæ,  
truncatâ prius manu, vivere jubetur. Dig-  
nus ſanè fuiſſet tyrannus iſte non manu  
tantũ ſed omnibus corporis membr̃is  
mutilari; ſed Honorio ſufficiebat de Go-  
thiſ, de gentilibus quorum ſuperſtitionem  
Attalus promovebat, & de Arianis, quo-  
rum hæreſin profitebatur, imò etiam de  
Diis, qui vanis reſponſis vanos homines  
inflammbant, victo & capto Attalo, tri-  
umphâſſe.

P

Ho-



Honorius Imperator per Dulcitium tribunum Donatistas iterum exagitat: quos inter aliqui, ut martyrum honoribus a suis afficerentur, spontaneâ morte se ipsos potius perimere maluerunt, quam ab Ecclesiis suis in exilium, prout jubebantur emigrare, qua in re quid sibi agendum esset Dulcitius Augustinum tunc consuluit, & responsum obtinuit, melius esse paucos quosdam suis ignibus in quos se præcipitabant infani, aut suis manibus perire, quam si universi sempiternis gehennæ ignibus arderent.

S. Augustinus Origenis, & Priscilliani hæresin per duos (Avitos, alterum Hierosolymam, alterum Romam in Hispanias vientem) ibidem sparsam, fortissimis disputationibus & scriptis persequitur; negat tamen ullo in casu mentiri licere, quod tum quidam fieri posse putabant, qui ut Priscillianistas explorarent, se quoque eadem dogmata profiteri imprudenter simulabant.

#### HÆRESIS AVITI ORIGENIS, ET AVITI VICTORINI DISCIPULI.

*I*nter alios errores Origenis & Priscillianis, eo quoque delirare fecerunt populos, ut crederent damnatos aliquando ex inferno liberandos & salvandos, quin & ipsum diabolum reser-



tuendum. Qui error non eodem modo ab omnibus afferebatur: alii enim credebant omnes omnino salvandos, alii tantum Christi baptismo ablutos, qui participes facti essent corporis ejus in quacunque heresi vel impietate vixissent: alii non omnes baptizatos, sed tantum Catholicos, quantumvis male viventes, alii denique omnes, præter illos, qui pro peccatis suis eleemosynas facere negligenter. Adeo ut qui facerent, quamvis inter ipsas eleemosynas suas nefarie ac nequiter viverent, salvandi essent post aliquam purgationem.

✱ (415.) ✱ S. Stephanus Proto-Martyr in miraculis redivivus apparuit, cum ejus venerandæ reliquiæ una cum Gamalielis & Nicodemi, de quibus in Evangelio & actis Apostolorum, atque Abibi ejusdem Gamalielis filii, corporibus, divinitus in somno ab ipso Gamaliele S. Luciano Presbytero in territorio Hierosolymorum, revelatæ sunt, à quo admonitus Joannes Episcopus Hierosolymitanus corpus S. Stephani ex Ecclesia Caphargamata, ubi primo condita fuerunt, magnâ pompâ Hierosolymam transtulit. Variis miraculis inventionem hanc exornantibus.

S. Augustinus consulit S. Hieronymum, quid sentiendum sit de origine animarum, quas Origenes docuit in cœlo peccasse &



in poenam detineri corporibus tanquam carceribus. Responsum autem ab Hieronymo aliud non retulit, quam impedito sibi aliis rebus in hanc tam difficilem questionem enodandam incumbere non licere, unde etiam S. Augustinus verecundiam tanti, doctoris ex humilitate respondere recusantis verecundiâ compensavit, & vivente S. Hieronymo nihil de quaestione tam difficili tantique momenti scribere voluit, sicut etiam Gregorius Theologus, cum impares huic difficultati enodandæ humanas vires esse asseveraret, animarum creatori Deo rem integram commisit. In sententiam porrò, quam tenet de facto ecclesia, animas recens à Deo creari & corporibus infundi, fuit propensior tunc temporis S. Hieronymus, quod ipse in Epistola ad S. Marcellinum professus est: & S. Augustinus postmodum fortissimè propugnavit quatuor ea de re libris conscriptis.

Judæi multos Christianos Alexandria interemerunt, noctu, vulgato rumore, injectas esse faces ecclesiæ, quas dum extinguere parabant Christiani, à Judæis jugulati sunt, quare Cyrillus omnes Judæos urbe expulit, quam à temporibus Alexandri Magni jam incolebant. Unde exortum



tum quoque tumultuosum dissidium Orestem inter urbis præfectum & Cyrillum, ita ut plurimi Nitriæ Monachi pro Cyrillo dimicaturi Alexandriam advolarent, qui Parabolani commixti (erant autem Parabolani; vel Paraboles Clericorum quædam species infirmis & peste afflatis inservientium) audaci quodam facinore Orestem contumeliosè tractârunt, & vulnerârunt; Populus igitur pro præfecto urbis exurgens monachos repulit, & cum dissensiones inter Cyrillum & Orestem fovere crederetur Hypatia Theonis Philosophi filia, virgo doctissima omnium tunc temporis Philosophorum & castissima, quam Synesius in suis Epistolis Dominam & magistram nuncupat, membratim ab Alexandrinis discerpta est, & fœderis inter utrumque initi miserabilis victima extitit.

Sed & alio quodam immuni facinore causam suam pessimam Judæi tunc temporis fecerunt: in loco enim Inmestar Chalcidem inter & Antiochiam puerum Christianum Cruci alligârunt, & in sublime suspensum verberibus, ad mortem usque cruciârunt: quo scelere commotus Theodosius jussit Judæis omnes præfecturas (quibus fungebantur tunc temporis inter



Christianos) abrogari, aliasque poenas infligi, quod ipsum paulò post in Occidente Honorius sancivit. Quòd enim Christiani Principes de perfido hominum genere curassent bene mereri, fecit eosdem fasti effferri, ut tam nefanda patrare auderent.

Pucheria Soror Theodosii sexdecim annorum Virgo prudentissima & piissima ab eodem in Imperii consortium adlecta declaratur, Antiocho ab Isdegerde Persarum Rege, qui ad instituendum Theodosium missus erat, revocato & in ordinem redacto.

Hoc tempore inventum est corpus Zachariæ in territorio Eleutheropolis Palaestinae, revelatione de eo facta ab ipso sancto Propheta, servo cuidam nomine Calimero, Praefecto villæ Cophar, in qua ipse conditus erat, qui etiam integer omnino & prorsus incorruptus inventus est.

✱(416.)✱ Orosius Hispanus Presbyter reliquias S. Stephani transfert in Hispaniam: cumque navigio in Insula Minorica è Balearibus unâ appulisset, partem ibi Reliquiarum reliquit, quarum virtute præter alia insignia miracula, factum est, ut spatium unius septimanæ quingenti & quadraginta Judæi ad fidem Christianam conversi sint: quod Severus Episcopus mox



litteris circularibus notum fecit Ecclesiis, ut perspicerent omnes Hagiomachi, quam Deus mirabilis in sanctis suis, qui aridis ossibus & pulveri hominis Christiani tantam vim indidit, ut cælica quadam potentiâ corda lapidea durissimæ gentis emolliret, & ad Deum converteret.

Hoc anno duo Concilia habita sunt, Carthaginense sub Aurelio Africae, & Milevitanum sub Sylvano Numidiæ præsulibus, in utroque damnatus est Pelagius, & data ad Innocentium litteræ ut, eam hæresin conficeret. In Synodo autem Milevitanâ data est cura Augustino, ad hanc hæresin exagitandam, quod & cumulatè præstitit.

Distinctio circa hoc tempus usurari cœpit, inter nomen Domini & Domni, ita ut nomen Domni tantum ecclesiæ primatibus & Præsulibus attribueretur, nomen autem Domini in ecclesia ad Deum supremo cultu adorandum adhiberetur.

✠(417.)✠ Innocentius moritur & Zosimus Papa creatur.

Factum est hoc anno, ut pascha per supputationis errorem legitimo tempore non celebraretur in ecclesia, quem errorem, ut scribit Paschasius Episcopus, Deus manifesto miraculo ostendit, & fideles admonuit,



nuit, cum in ecclesia quadam baptisterium nocte paschali ex se per miraculum aqua repleri solitum, hoc anno, die quo perperam pascha celebrabatur nempe octavo Kalendas Aprilis, nullâ aquâ imple- retur; die verò, quo secundum or- dinarium & rectum computum pascha ce- lebrandum erat, videlicet decimo Kalen- das Maij fons sacer secundum consuetu- dinem, aquam baptizandis Catechumenis sufficientem virtute quadam divinâ stag- naverit. De ejusmodi fontibus baptisma- libus per miraculum die paschatis repleti solitis tum in Oriente tum in Occidente memorant etiam Cassiodorus, & Grego- rius Turonensis, quibus videlicet Deus tum ipsi baptismo, tum Cæremoniis in baptismali fonte benedicendo adhiberi in ecclesia consuetis, reverentiam conciliare voluit.

✱(418.)✱ Æstuaverunt hoc anno sancto Zelo adversus Pelagium & Cœle- stium, eorumq; affeclas, & impia dogmata tum Concilia PP. tum præcipuè S. Augu- stinus: sed & fraudibus, hæreticis con- suetis, usi ambo Zosimum egregiè decepe- runt. Cœlestius enim Romam profectus Pontifici libellum obtulit tanto artificio contextum, ut ex eo purissimus, omnique



ex parte Catholicus appareret, Pelagius quoque litteras ad eundem misit tam dolosâ hypocrisi dulcoratas ut cum Pontifex tanquam Catholicum, datâ ad Patres Africanos Epistolâ, reciperet; Herotem verò & Lazarum Episcopos Gallos & accusatores Pelagii, calumniatores declararet: deprehendit tamen postmodum Zosimus quantopere iudices ab æquilibrium iustitiæ defleant, si parte non utrâque auditâ præcipitem sententiam, pronuncient. Quare iudicium, quod tulit, revocavit, & saniore emendavit, Pelagium & Coelestium omni pietatis larvâ penitus abstractâ, coram universali Ecclesia damnando, & Catholicâ communione extirpando.

Honorius Imperator exagitat Judæos, Synagogis incensis, & exauctorationibus eorum, qui honoribus & magistratibus fungebantur, bonorum expoliationibus & similibus vexationibus, cogitans eos hæc modo, exemplo Minoricensium Judæorum virtute SS. Reliquiarum Protomartyris Stephani converforum, ad fidem compellere: sed cum obstinaciores invenerentur, cessatum est tandem ab his mediis violentis, & post quatuor annorum gravissimam exagitationem, id tantum Impe-



ratoriis edictis mandatum est, ut Synagæ erectæ non quidem amplius incenderentur, sed nec novæ posthac erigerentur.

Diem obit Zosimus, cui successor datus est Bonifacius Presbyter: sed orto mox schismate pars minor & deterior huic opposuit Eulalium Archidiaconum, fretum Symmachi auctoritate, cujus potentia tunc plus nocuit Ecclesiæ quam schisma.

Placidius Valentinianus, vulgò Junior dictus, nascitur Ravennæ Patre Constantio Cæsare, & Matre Placidiâ, honestissimi matrimonii dignissimus fructus.

✱(419.)✱ Eulalius Pseudo-Pontifex potentia Symmachi urbis præfetti roboratus & insolens factus Bonifacium persequitur, & Honorium suis machinis fraudulentis inducit, ut Bonifacio, si non iniquus non satis tamen æquus videretur. Verum triumpho tandem virtus Bonifacii emittitur, & rem ecclesiæ simul erexit, postpositâ & domitâ, Eulalii insolentiâ. Cum enim Honorius utrumque Ravennam advocasset, atque interim Adulceum Episcopum Spoletinum Romæ in Paschate Sacra facere, & Synodum congregare jussisset, prohibitis severè contendentibus ambo-  
bus ad urbem accedere, posthabitâ pro-  
hibi.



hibitione Eulalius clam in urbem irrepfit, ideoque faceffere juffus eft, & caufa Bonifacio adjudicata. Decretum postmodum eft ab Honorio, postulante eodem Bonifacio, ut fi post hujus mortem duo eligerentur, neuter Epifcopus effet. Illyricus quidem cum fuis congerronibus nugatur, Eulalium verè Pontificem, Bonifacium autem intrufum fuiſſe; ſed homini hæretico, faventi Schifmatico, fides danda non eft.

Hoc anno multæ urbes in Palæſtina terræ motibus conciderunt, & Chriſtus Dominus ſupra montem Oliveti ſepalam videndum præbuit in nube, cujus aspectu multi gentiles ſacris aquis tingi voluerunt, quorum in candidis veſtibus crux refulſit, Ducis teſſera, cujus militiam & fidem ſequebantur. Hujus rei occasione ſparſerunt multi diem ultimum judicii extremi imminere, de quo Zacharias prædixerit *venturum eum ſuper montem ſanctum*, & Heſychius ad Sanctum Auguſtinum ſcripſit de noviffima die, cujus ſigna jam viderentur. Quem Auguſtinus ideo redarguit & demonſtravit diem hunc nondum prædici poſſe, populis adhuc innumeris exiſtentibus, qui verbum Dei nondum accepiſſent.



## HÆRESIS VITALIS PELAGIANI.

**A**B ipso Pelagii nomine Vitalis se abhorrevit simulabat, ex ejus tamen doctrina dogma impietatis plenissimum hauriebat: videlicet non esse fundendas ad Deum preces, pro idololatriæ aliisque rectæ fide orbatis, ut ad fidem veniant. Sed satis esse, si doctrinæ veritas proponatur: credere autem vel non credere à libero illorum pendere arbitrio, non autem à gratia Dei præveniente.

HÆRESIS VINCENTII VICTORIS  
ROGATISTÆ.

**S**cripsit de origine animæ contra S. Augustinum, ut suaderet animam non ex nihilo, sed ex Dei substantia conditam esse. Contra quem vice versâ scripsit S. Augustinus, & quidem eâ, ob juveniles ejus annos, suavitate ac prudentiâ, ut se à S. Augustino devictum ingenuè confessus sit, & emendârit.


✱(420.)✱ Constantius ab Honorio in Imperii consortium adsciscitur, sed principatum tantum degustavit.

Perfæ persecutionem crudelem concitant adversus Christianos, causam ad hos motus Audâ Episcopo præbente, qui Pyreum (templum id erat in quo Ignis Persarum Deus colebatur) demolitus est, nec illud reædificare voluit, quanquam monitus à Rege. Quapropter tum ipse neci tra-



traditus est, tum omnes ecclesiæ Christianorum dirutæ & crudelissima in omnes Christianos persecutio desæviit, tantam scilicet Audæ zelus importunus tempestatem commovere potuit, quæ multorum sanguine placari non potuit: hinc tametsi laudabiliter fecerit Audas templum demolitum non resuscitando, quia ejusdem impietatis est adorare idola, & templa idolis erigere, minimè tamen probat Theodoretus, quod templum cum tanto periculo & damno ecclesiæ destruxerit.

S. Hieronymus Catholicorum magister & lumen mundi anno ætatis suæ 91. ut aliqui scribunt, diem suum obiit, cujus imagini in ecclesia leo appingi consuevit, in hieroglyphicum, quod adversus hæreticos veluti leo in eremo rugierit.



## DECAS III.

✻ A 420. ad 430. ✻

421. **T**heodosius uxorem duxit filiam  
✻ Leontii Philosophi ante baptismum dictam Athenaidem, postea verò Eudoxiam cognominatam, Virginem artibus liberalibus excultissimam, prudentissimam & pul-



& pulcherrimam quæ in laudem mariti sui elegantissimum poëma composuit de bello Persico. Dicunt quidam Pulcheriam has nuptias callidè conciliâsse, ut ipsa (fratri suo uxore minùs familiâ & opius avitis potente concessâ,) in imperio sola omnia posset.

✱(422.)✱ Celebris hic annus est natâ Eudoxiâ filiâ Theodosii & Eudoxiæ, cujus natales magnæ gaudio in Oriente celebrati sunt, nec minor lætitia fuit in Occidente.

✱(423.)✱ Obiit Honorius Imperator cùm imperâisset ab obitu Theodosii Patris sui annis ferè 28. & vixisset annis 39. Vir religione quàm armis major, quâ tamen multos tyrannos & infinitos propè barbaros debellavit, & sustulit. In suis ducibus felix, quamvis proditoribus & infidis: qui victorias suas & reipublicæ fortunatam administrationem non suis consiliis, sed Deo, precibus suis exorato, debuit.

Obiit etiam Bonifacius, cui S. Cælestinus successus est, & quidem satis pacificè: quamvis enim Eulalii factio adhuc glisceret, metu tamen Honorii adhuc viventis repressa est.

✱(424.)✱ Theodoretus vir de Ecclesia Catholica meritissimus, Episcopus Cyri

crea-



creatus (quæ civitas octingentas paræcias numerabat) Regionem illam Macedonianis hæreticis expurgat, plusquam decem millibus illorum ad ecclesiam redeuntibus, cum tamen vel unum ex eis Deo lucrari, tunc temporis miraculum videretur.

Beda ad hæc tempora refert miraculum quod in libello suo Bonifacius descripsit, de puero Judæo, qui cum Christianis sanctam Eucharistiam sumpsit, & domum rediens, ac spiritûs ardore succensus clamavit iteratò se Christianum fieri velle, quem Pater furore infaniens in furnum ardentem immisit, unâ cum matre Judæa, quæ contra maritum puero opem afferre eumque manibus parentis eripere conabatur, qui tamen illæsi in flammis servati, & liberari sunt.

✱(425.)✱ Cùm nullus esset in Occidente qui jure sanguinis imperium gubernandum susciperet, (Honorius enim ante obitum suum Gallam Placidiam Augustam sororem suam, cum ejusdem filiis duobus Valentiniano & Honorio ex Constantio susceptis ob suspicionem cujusdam perduellionis & conspirationis cum hostibus in Orientem transmiserat, ubi à Theodosio perhonorificè excepti sunt.) Hac occasione quidam qui præfecturam præ-



prætorii gesserat Imperium per tyrannidem arripuit: adversus hunc opprimendum Ardaburius sive Artabures a Theodosio cum copiis missus est. Sed hic Saloniæ urbe Dalmatiæ profectus & navigans Aquileiam dispersis navibus Ravennam delatus in manus Joannis tyranni devenit, ab eoque in vincula coniectus est. Quod expertus filius ejus Aspar cœli ope & pietate confusus, patrem vinculis exsolvere decrevit: nec defuit auxilium divinum tam piis & fortibus ausis. Angelus enim sub habitu pastoris Aspari se viæ ducem obtulit qui eum cum copiis suis per stagnū Ravennæ adjacens, aquā divinitus exsiccata, in urbem immisit. Cæsus tunc Joannes tyrannus, Ardaburii rupta vincula, & urbs quæ tyranno faverat direpta est. Qui nuncius cum esset ad Theodosium delatus, dum ludos Circenses spectaret, evestigio populum ad basilicam ipse deduxit, gratias Deo pro tam insigni victoria & bello confecto acturus.

Sed & cum Scythis ingentibus copiis Joanni suppetias ferentibus, pugnandum fuit, qui Duce Boila ipsi Constantinopoli excidium minabantur, Theodosius autem vim suam fortissimā & validissimam armaturam in precibus constituens, exoravit a Deo



Deo, ut barbaros & duces barbarorum fulminibus, peste, & ignibus è cœlo missis tam malè mulctati agnoscerent pietatem Imperatoris omni suo exercitu potentiores esse.

Nec minùs in Occidente Pietas res imperii fluctuantes stabilivit, Præter omnem spem pace compositâ cum Aëtio, qui sexaginta Hunnorum millia pro Joanne Tyranno adduxerat: sed factâ utrinque magnâ cæde fœdus inivit cum Theodosio, eâ conditione, ut ipse titulo comitis auctus à Placidia reciperetur in gratiam, Hunni autem auro donati in patriam suam reverterentur, atque hoc fœdere Dux egregius servatus est Occidenti, & hostes simul atrocissimi eliminati: Valentinianus autem quod hoc anno accepit, à Theodosio Imperium facillè tueri & servare potuit.

✱(426.)✱ S. Augustinus annum ætatis agens septuagesimum secundum, Episcopatus autem annum trigesimum secundum universo Clero assistente populoque consentiente adlegit sibi coadjutorem in Episcopali functione Eradium, quem etiam optavit sibi post mortem succedere, cujus rei exemplum recens præcesserat in Severo Episcopo Milevitano, qui sibi successorem vivens designaverat. Hac licentiâ designandi sibi successores multi



ti Episcopi bene & laudabiliter usi sunt. Excrefcente verò hominum iniquitate, cum Antistites successionem in propin- quos refunderent, quos carnalis affectus non meritorum excellentia commenda- ret, eadem postea proscrip̃ta est, sacri canonibus & Pontificum decretis. Post hæc S. Augustinus nonnihil sublevatus a pastoralibus curis omnia sua scripta relegit, & præter alia adhuc plura de novè edita duos retractationū libros conscripsit.

✱(427.)✱ Placidia auctore vel Felice vel Aëtio bellū decernit in Bonifacium comitem cum exercitu in Africa degentem, quod is Regis Wandalorum affinem uxorem duxisset. Tribus tum ducibus expeditio commissa est, Mavortio, Galbioni & Sinori; sed cum hic duos alios sustulisset, ipsèque a Bonifacio cæsus esset, uni Sigisnulto Comiti bellum demandatū est. Huic autem impar Bonifacius ad Wandalos transfretavit, & ex desperatione eis Africam expilandam obiecit, parte ejus sibi reservatā, & duabus aliis inter Wandalos & Alanos auxiliares distributis. Fuit autem Bonifacius iste vir eximius cujus virtutem & merita plurimū antea S. Augustinus laudaverat, & adeo tandem defecit à se ipso, paulatim scilicet & non repente factus fuerit sceleratissimus. HÆ.



HÆRESIS THEODORI MOPSV-  
TENI ET DIODORI TARSEN-  
SIS EPISCOPI.

Fuit Theodoricus Condiscipulus S. Chryso-  
stomi in schola Libanii, postea verò Nestorii  
hæsiarchæ Magister, homo in luxuriæ cloa-  
cam usquè eò immersus (quod Monachismi de-  
sertoribus quorum è numero hic fuit, familiare  
est) ut nullâ eum ratione S. Chrysostomus inde  
erueret potuerit. Hic enim est ille ipse Mona-  
chus lapsus, ad quem Chrysostomus duas dedit  
epistolas ad erigendum eum, à fæditate suâ.  
Præter alia ejus deliramenta horrenda ejus bla-  
phemia fuit, quâ in divinis quaternitatem con-  
stituit, & negavit quidquam esse in veteri te-  
stamento, quod de JESU Christo ejusq; divini-  
tate per prophetas vel immediate revelatum sit.

Ejusdem farinae fuit Diodorus Tarsensis Epi-  
scopus, quia quamdiu vixit sub larva pietatis  
astute nefariam suam hæresin tegere novit, ut  
hypocritæ ejus decepti varii Sancti Patres Basilius,  
Chrysostomus, Cyrillus & Theodoretus lau-  
des viri hujus tanquam acerrimi propugnatoris  
Ecclesiæ commemorârunt & crebro deprædicâ-  
runt: deprehensum est autem quod latuit ve-  
nenum post mortem in scriptis monumentis,  
relictis, in quibus duos filios adstruit alterum  
seorsum qui de semine David & sancta Vir-  
gine natus est, & alterum propriè Filium Dei,  
qui



qui ipse error quoque pestilens Theodori Mop-  
suestiensis erat, & blasphema quaternitas perso-  
narum. Ut verò lupum pelle ovinâ contegeret  
Diodorus, simulavit unum se Christum docere,  
hoc tantummodò nomen Patri Verbo & unige-  
nito Filio tribuens: gratiam verò illi depu-  
tans qui ex semine esset; quem etiam filium vo-  
cabat, tanquam unitum ei qui secundum veri-  
tatem est Filius: unitum scilicet intra solam  
dignitatem, auctoritatem & honoris equalita-  
tem. Ex his duobus lutulentis fontibus Theodo-  
ro & Diodoro Nestorius suam doctrinam im-  
piam hausit, & confirmavit.

✠(428.)✠ Gensericus (alii vocant Gei-  
sericum) Rex Wandalorum in Africam  
cum suis Wandālis movet, eamque co-  
piis suis inundat, deterrimis scilicet om-  
nium Arianorum in Catholicorum perni-  
ciem jam in Hispania conjuratis. Hic om-  
nia de populatus, nec ipsis pepercit arbo-  
ribus ne scilicet latentibus in antris & syl-  
vis ac post discessum suum è latebris pro-  
deuntibus auxilio essent. Obvios quosque  
internecione delevit, ut non homines sed  
dæmones immissos in se Afri quereren-  
tur. Inter hæc mala Bonifacius Comes,  
qui hos barbaros provocavit in Africam,  
detestatus initam cum Wandālis societa-  
tem, per amicos suos in amicitiam cum  
Pla-



Placidia & Valentiniano receptus, primò, pecuniâ, postmodum prælio Wandalos repellere tentavit, sed incendium quod excitavit, extinguere prout voluit, non potuit.

Aetius Francos Rheni ripam obsidentes in Germaniam fortiter repellit, & hac victoriâ tam bene visus est de imperio mereri, ut Placidia proditoris crimen ei condonaverit, & ad difficilia reipublicæ tempora reservandus Imperator judicaretur.

Theodosius in locum defuncti Sisinnii Episcopi Constantinopolitani Proclo & Philippo, aliisque neglectis, promovet Nestorium, Monachum Antiochenum, qui linguâ erat, potens, & vix alius Episcopatu fungi digniùs incepit, sed & nemo turpiùs deposuit. Quamprimum enim electus est Episcopus, curavit ut S. Chrysostomus coleretur inter Sanctos: exagitavit hæreticos, Gentiles, Judæos & scelerosos, & novam videbatur faciem Christianitatis Constantinopolim induxisse: hæc nimirum eo fine, ut præter suam impietatem, & præter suam hæresin, nulla alia fædior hæresis grassaretur.

✱(429.)✱ Coelestinus Papa Germanum Antisiodorensen Episcopum & Lupum Tre-

Tre-



Trecensem in Britanniam ablegat ad restituendam ecclesiam, & Pelagianam hæresin extirpandam. In hoc itinere sancti Præsules inciderunt in Genovesam nobilem virginem Parisinam, cui S. Germanus præscius futurorum in arrham desponsationis cum Deo nummum crucis signo notatum & casu repertum donavit. Fuerunt postmodum hæ nuptiæ Parisinis magis salutare, quam omnium reginarum suarum.

Missus est ab eodem Cælestino Palladius S. R. Ecclesiæ Diaconus ac postea Episcopus Scotorum & Apostolus factus, ut gentem illam magna ex parte gentilibus adhuc commixtam in unum ovile congregaret, quod tum ipse, tum successor ejus Patricius præclaris gestis præstiterunt.

Nestorius jam honoris sui gradusque certis depositâ ovinâ pelle incipit apparere lupus, & insurgit in Beatissimam Virginem, eamque non *Deiparam*, sed à Deo *genitam* appellat. Cæpit autem hæresin suam disseminare datis ad monachos Ægypti litteris, quibus statim obstitit Cyrillus perhumaniter ad eum rescribens, sed responsum retulit fastu hæretico turgidum, demissiùs autem egit Nestorius cum Cælestino, quamdiu eum in partes suas pertrahere sperabat.

HÆ.



## HÆRESIS NESTORII.

1. **JESUM** Christum ex **MARIA** natum prædicabat non esse Deum, sed tantummodo hominem, qui deinde sanctæ vitæ merito dignus habitus sit, ut divinitati conjungeretur, non personaliter per unionem hypostaticam, sed ita duntaxat, ut speciali prærogativâ in eo Divinitas habitaret, undè **JESUM** Christum nequaquam Θεὸν id est Deum, sed tantum Θεοφῶρον sive Deiferum, nequè Matrem ejus Θεοτόκον Deiparam, sed tantum Χριστοτόκον seu Christiparam vocabat. Et quemadmodum sunt duæ in Christo **JESU** naturæ Divina & humana, sic duas in illo personas statuit, quarum unam vocabat filium Dei, alteram filium hominis seu filium Mariæ. Sic discipulus haud degener à Theodori & Diodori Magistrorum suorum improbitate & turpitudine.

2. Positâ hac personarum pluralitate in Christo agebat in Eucharistia veram carnem contineri, non Dei sed puri hominis justî ac sancti, qui sit templum & habitaculum Dei.

3. Eucharistiam Nestoriani conficiebant ex fermentato pane, eamque sub utraq; specie omnibus tum adultis, tum parvulis communicabant, asserentes **JESUM** Christum non æquè sub una quàm utraq; specie contineri.

Causa porro tam fidei doctrinæ in Nestorio fuit



fuit superbia, qua Sanctorum Patrum scripta & expositiones SS. Scripturarum respuebat, omnibus iis fastuosè sese anteponebat, quæ omnium penè hæreticorum ruina est.

✱(430.)✱ Cœlestinus mittit Cyrillo Phrygium (pallium id est, quo significatur plena potestas) eumque constituit Vicarium in judicanda hæresi Nestorii. Ufus est deinde Cyrillus Phrygio illo in Ephesino Concilio, & in sacris solenniis more Romani Pontificis, & privilegium illud ex eo tempore propagatum est in Alexandrinos Episcopos successores.

Wandali & Alani Hipponem cinxerunt exercitu copiosissimo, concluso intra mœnia ejus Bonifacio, postquam omnes jam urbes Africæ præter Hipponem, Cirrham, atq; Carthaginem sui juris fecerunt. Tercio obsidionis mense S. Augustinus ex febribus magno cum sensu pietatis obiit, cum prius manuum impositione ægrotum sanasset. Vixit annis 76. Sedit Episcopus 36. ut scribit Possidius Episcopus Calamensis, qui tum Wandalorum metu ad hanc urbem confugerat, Scripta ejus, Hipponem conflagrante, mirabiliter servata sunt.

De-



**DECAS IV.**

✱ *Ab anno 430. ad annum 440.* ✱

431. **T**Umultuatur Constantinopoli à Nestorianis, qui Orthodoxis Clericis expulsis, ecclesias sibi vendicant, in quo tumultu templa fuso sanguine profanantur.

Inter ecclesiarum tumultus, coepit simul plebs effervesce contra Theodosium propter tritici penuriam, in tantum ut etiam lapidibus prodeuntem Imperatorem publicis in viis impeterent, nec destitit tamen piissimus Imperator inter has turbas novis sanctionibus Ecclesiasticam immunitatem stabilire & ad majus spatium extendere.

Synodus Ephesina celebratur contra Nestorium Præsidente Cyrillo nomine Cœlestini Pontificis, præsentibus quoque tribus legatis Arcadio & Projecto Episcopis, & Philippo Presbytero. Episcopi in ea numerati sunt supra ducentos. Irenæus quoque Comes & Candidianus comes domesticorum & Nestorianus missi sunt ab Imperatore tantum ut turbas impedirent. Diebus 15. expectatus Joannes Antiochenus Nestorii fautor moras de industria necebat.

Q

tebat.



ētebat. Cūque diu nimis moraretur, inchoatum est concilium decimo Cal. Julias citatusque Nestorius, sed is venire recusavit, magno fastu, ideoque anathemate percussus & Episcopatu spoliatus est. Post dies autem quinque, hoc est, quinto Calendas Julias advenit Joannes Antiochenus cum suis Episcopis, quorum præcipui fuere Theodoretus & Paulus Emissenus, qui statim in diversorio, inito conciliabulo cum quibusdam aliis Nestorianis erronibus Cyrillum & Memnonem damnarunt, omniaque concilii acta resciderunt. Comites quoque Irenæus & Candidianus interceptis & retentis Catholicorum litteris Heterodoxorum Epistolæ miserunt, & ea scripserunt, quæ Nestorii causam fulcirent, ac Cyrilli labefacerent. Quare Memnon Cyrillus & Nestorius in custodiam dati, & Imperator jam jam in sequiores partes abripi videbatur. Tum Nestoriani ut plures haberent sectatores, approbarunt Pelagii dogmata, & sic omnes Pelagianos sibi adjunxerunt. Joannes vocatus ad synodum venire profusus recusavit, Episcopis, qui missi ad eum fuerunt, procaciter insultans, quare cum sui sectariis 35. nominatim ab ecclesia præcisus est. Interea juvenalis in his tur-



bis impetrare conatus est, ut Hierosolyma  
 Palæstinæ præficeret, antea sententiâ Nicæni  
 concilii subdita ecclesiæ Cæsariensi. Re-  
 stitit constanter Cyrillus, nec passus est  
 aliquid decerni, quod iniquum videba-  
 tur. Tandem Patres Ephesini videntes,  
 à comitibus se delusos esse, & litteras  
 suas ad Theodosium nequaquam pervenis-  
 se, fidum hominem habitu peregrini, in-  
 clusis in arundine litteris clam mittunt  
 Constantinopolim; Hic adnitentibus mo-  
 nachis & maxime S. Dalmatio Imperato-  
 ri fraudes Nestorianorum & comitum pa-  
 tesfecit. Itaque depositus est Nestorius, &  
 in ejus locum substitutus Maximianus, da-  
 ta Joanni Antiocheno morâ, ut resipisce-  
 ret, & Catholica fides, ac Beatissima Virgo  
 de Nestorio gloriosum triumphum repor-  
 tarunt. Triumphus hujus insigne monu-  
 mentum fuit extructa Ecclesia in Blache-  
 rnis sumptibus Placidia Pulcheria, cujus  
 maxime operâ sanctissima Virgo Dei Ma-  
 ter à Nestorii blasphemias vindicata est.  
 Putat Baronius, quod tunc ad majorem  
 cultum Divæ Virginis salutatio Angelica  
 additamentum illud acceperit, *sancta Ma-*  
*ria Mater Dei ora pro nobis*; &c. Certè  
 ab eo tempore vix unquam sanctissima  
 Virgo nominata est, quin simul Deipara  
 Maria appellaretur.



Nestoriani autem cum præ furore ingerentur contra Theodosium & Pulcheriam, & aliter nocere non possent, spumantes rabioso veneno has tandem calumnias evomuerunt. Pulcheriæ invisum ideo esse Nestorium quòd illam aliquando commissum cum fratre Theodosio incestus criminatus esset : sed quid mirum contumeliosos fuisse in Virginem Pulcheriam qui blasphemias jactare ausi sunt in Virginem Deiparam.

Meretrix Antiochena hoc anno conversata est à S. Nonno Episcopo Edesseno, dicta prius ab ornatu suo Margarita, postea autem quando relicto cæno libidinis pœnitentiam celebrem egit Pelagia nominata.

Obiit S. Paulinus Nolanus Episcopus, cujus nobile factum nunquam tacebitur, cum datis omnibus bonis suis, ut captivos redimeret, se quoque Wandalis vendidit ut Filium viduæ reciperaret, & factus solitor apud regis barbari fratrem, ex prophético spiritu suo & virtute detectus Nolanus cum multis captivis est honorificè remissus.

✱(432.)✱ Cœlestinus postquam acta concilii Ephesini contra Nestorium probasset & confirmasset Pontificatu suo laudabi-



dābilit̃er & sanctē defunctus ex hac vita  
migravit in cœlum, Cathedram Petri re-  
linquens successori Sixto Romano hujus  
nominis tertio, qui ut primum pastorale  
officium suscepit, curam omnem convertit  
ad lapsos erigendos. Quare tum ipse, tum  
etiam Theodosius ad Nestorium ejusque  
assecclas & damnatos ab Ecclesia Episcopos  
litteras scribunt & ad communionem cum  
Ecclesia Catholica invitant, sed surdis,  
plerisque cantatum id erat: id tamen ef-  
fectum est, ut Joannes Antiochenus cum  
Pontifice Romano & Cyrillo conciliaretur:  
Nestorius autem jussus est vivere in mo-  
nasterio S. Euprep̃ii Antiochiæ, spatio ad  
pœnitentiam dato, sed quæ fere nunquam  
ab hæreseon fatoribus expectari debet.

Operam etiam reducendis ad Ecclesiam  
Episcopis hoc tempore indefessam nava-  
vit Simeon stylita orbis miraculum, ad  
quem ex oriente & occidente populi con-  
fluxerunt, qui in finibus Syriæ Ciliciæque  
super columnam in solitudine erectam vi-  
tam cœlitibus fere parem incomparabili  
admirandæ sanctitatis exemplo duxit, &  
simul curam maximam ecclesiæ gerens, &  
zelo pietatis exæstuans nullam unquam  
occasionem neglexit, operam suam ei-  
dem impendendi, vel consulendo, vel hæ-



reticos oppugnando, vel Gentilium impietatem & Judæorū audaciam arguendo, ut nunquam in columna sua itaret otiosus.

## DE PSEUDO MOSE CRETENSI JUDÆORUM.

**I**N Insula Creta Judeus quidam veterator Moysen de cælo demissum se fingens, ut fratres suos per mare in terram promissionis deduceret, plurimos ex perfida gente induxit, ut se cum uxoribus & liberis è promontorio in mare præcipitarent, quasi pede sicco undas in continentem usque trajecturi, à quo periculo à Christianis piscatoribus multi extracti sunt, plurimi autem interierunt. Fraude brevi compertâ pars magna Judæorū ad Christum conversa est, quaesitus autem ad necem impostor, nullibi inventus est, creditus ideo à multis demon fuisse.

S. Britius Turonensis Episcopus à suis civibus adulterii accusatus duobus insignibus miraculis innocentiam suam probavit, primò infantem triginta dies natum publice per JESUM Christum adjuravit, ut diceret an se patre genitus esset, cui infans altâ voce respondit, Tu non es pater meus. Deinde prunas ardentes manibus nudis usque ad sepulchrum S. Martini portavit. Pulsus nihilominus à civibus suis, magicis artibus hæc adscribentibus ad Romanum



Pontificem confugit, à quo restitutus est, duobus Episcopis interea intrusis & repentino funere extinctis.

✽(334.)✽ Maxima pars urbis Constantinopolitanæ per biduum, incendio conflagravit.

Sixtus Pontifex turpissimâ calumniâ ab Anicio Basso ex consule & Mariano Patrio infamatus de stupro sacræ Virgini illato, voluntariè seipsum purgationi subiciens, in eadem Synodo, præsentente Valentiniano Imperatore, cum universo Clero, atque senatu, & quinquaginta sex Episcopis, innocens declaratus est. Bassus autem & Martinianus calumniatores damnati & proscripti sunt.

✽(434.)✽ Melania Junior hoc anno Volusianum patrum suum paganum obstinatum, nec victum ab ipso Augustino, ab eo Hierosolymis Constantinopolim evocata, ubi legatum tunc agebat, ad Christum convertit, qui à Proclo Constantinopolitano Episcopo baptizatus, & sacris mysteriis munitus, ex morbo discessit. Nec huic tantum, sed etiam Eudoxiæ Augustæ & multis Nestorianis præfuit pietas & virtus Melaniæ.

Vincentius Lirinensis Presbyter & Monachus scripsit hoc anno suum egregium libellum contra omnes hæreticos.



Carthagine virgo quædam juvenculana-  
tione Arabs, ex iis quæ Deo dicatæ erant,  
cum in balneo se lavaret & impudicè Ve-  
neris quoddam simulacrum respiceret, a  
dæmone invaditur & possidetur, qui per  
continuos septuaginta dies & noctes adeo  
fauces ejus constrinxit, ut nec cibum nec  
potum gustare & trajicere posset, ipsa ta-  
men jejunio viribus prorsus non debilita-  
tis, nec macie, minimaparte exesa perseve-  
ravit, donec per sumptionem sanctissimi  
Altaris Sacramenti & à faucium angustis,  
& ab Inquilino tartareo liberata est.

\*(435.)\* Libri Nestorii itemq; Theo-  
dori Mopsvestiensis ac Diodori damnati  
& passim flammis consumpti Codicis au-  
tem Theodosiani facta est promulgatio.

S. Germanus Antifiodorensis Episcopus  
postquam Armoricos à clade magna quæ  
ab Aetio intentabatur, liberasset, in Lega-  
tione ad Imperatorem Valentinianum pro  
Armoricis suscepta Ravennæ moritur, mi-  
raculorum multitudine clarus. Ad hunc  
cum misisset aliquando Placidia Augusta  
mater Imperatoris vas argenteum amplis-  
simum cibus delicatis refertum, illud eâ  
ratione suscepit, ut cibos traderet mini-  
stris, ipse verò argentum divideret inter  
pauperes: remisit autem loco vasis argen-  
tei



teī patinam ligneam cum pane hordeaceo. Quod munus Augusta ingenti gaudio complexa, lignum auro ambiit, & panem ad morbos sanandos admirabili virtute pollentem Panacei loco conservavit.

✽(436.)✽ Nestorius in Monasterio S. Euprepī per quadriennium honorificē detentus, quia resipiscere noluit, imo irrequietus adhuc turbas movit, tandem Petras in Oasenam Ægypti Insulam perpetuō exulatum mandato Theodosii deportatus est, ac demum ad extremas Thebaidis oras, lingua vermibus exesa hujus vitæ atque exilii ærumnas cum sempiternis suppliciis mutaturus animam improbanē evomuit.

✽(437.)✽ Genfericus Wandalorum Rex Arianus persequitur Catholicos in Africa, & Episcopos cum Arianis communicare nolentes plerosque civitatibus expellit. Quos inter Præcipui & primi fuerunt Arcadius, Probus, Paschasius Euty-chius, qui bonis, exilio & cruciatibus tentati gloriosè occubuerunt: Paulillus frater Paschasii & Euty-chii puer elegantissimus & ingeniosissimus fustibus atrociter cæsus ad turpem servitutem reservatus est. Hæ primiciæ fuerunt acerbissimæ

Qs

per-



persecutionis, solent enim hæretici in Catholicos, quam Ethnici in Christianos crudeliores esse.

Valentinianus Augustus profectus Constantinopolim ad Theodosium ejus filiam Eudoxiam Liciniam cognomento uxorem ducit, & Italiam repetens Thessalonica hyemavit.

✱(438.)✱ Corpus S. Chrysofomi Comanis, ubi exul vitam finierat, Constantinopolim transfertur: in qua translatione illud memorabile contigit; cum Seniores qui missi fuerant, venerandas reliquias loco movere non possent, Theodosius concilio Procli Episcopi Constantinopolitani, ad ipsum Joannem, tanquam ille adhuc viveret, litteras scripsit, quibus de admittis in ipsum peccatis parentum suorum veniam petiit, rogavitque. ut Constantinopolim redire dignaretur. Quâ Epistolâ Joannis pectori additâ, corpus quoque loco moveri & in Imperatoriæ triremi imponi potuit. Cum inter navigandum terrificâ maris tempestate dissipatæ à se invicem naves in alto jactarentur, triremis cum corpore ad agrum viduæ illius appulit, cujus causa Eudoxiæ offensam incurrebat, ut vel sic Deus ostenderet iniquitatem sententiæ, quâ optimus pastor ecclesiæ exu-



exulare iussus est. Quo facto rediit cœlo  
serenitas & dispersæ naves collectæ, atque  
triremi iterum conjunctæ, Constantinopo-  
lim magno triumpho devenerunt, & sa-  
crum corpus in theca argentea humeris  
sacerdotum, collucentibus innumeris faci-  
bus, omnium statuum ac ordinum populi-  
que concursu & pompâ, ad Ecclesiam SS.  
Apostolorum, comitante Imperatore, &  
aula universa, eâ solennitate deductum est,  
quâ par erat sanctissimo præfuli inflictas  
injurias compensare, & innocentiae trium-  
phum exornare.

Pulcheria Imperatrix Hierosolymam  
proficiscitur & consilio Melaniæ, à qua mi-  
rabiliter sanata fuit, multa præclara edit  
virtutum & operum bonorum exempla.

✱(439.)✱ Eudoxia Hierosolymis redi-  
ens retulit S. Stephani reliquias, & catenas,  
quibus Petrus fuerat vinctus Hierosolymis,  
quarum unam retinuit Constantinopoli,  
& alteram misit Romam filiae suæ Eudo-  
xiæ, hæc apposita catenæ quâ vinctus fu-  
erat Petrus in carcere Mamertino sic cum  
ea conjuncta est, ut unius artificis manu  
facta videretur. Unde condita basilica  
titulo Eudoxiæ, seu S. Petri ad vincula,  
cujus miraculi dies etiam in ecclesia Cal.  
Augusti sanctè recolitur.

Littorius cum copiis Romanis Gothos  
aggres-



aggressus magnâ suorum clade capitur, & in barbaram servitutem trahitur. Salvianus scribit, Gothos pacem postulâsse nec Impetrâsse. Ideoque Thodoricum ad diem usque prælii in cilicio preces ad Deum fudisse. Aetius tandem ægrè à victoribus Gothis pacem impetravit. Hæc clades & captivitas Littorii meritò adscribitur impietati ejus, qui in aruspicum responsis, & fallaciis superstitionis gentilis robur suum & fiduciam collocarat.

Similem stragem promeriti pridem fuerunt Carthaginenses, qui omnes hæreses & hæresiarchas foverunt. Quos justa Dei vindicta Gensericus nihil minùs opinantes captâ Carthagine omnibus bonis exhaustis, Ecclesias partim evertit, partim profanis usibus aperuit, & in sacra & profana omnia adeò atrociter debacchatus est, ut non jam Christianus sed & homo esse desiisse videretur. Præstiterunt autem hac suâ ferociâ uno die, quòd omnes Imperatores Christiani efficere antea non potuerunt, gentilitiam impietatem funditus evertendo & extirpando, ad quod præstandum opus fuit iratum Deum gentem barbaram ex remotis orbis finibus evocare.

Enituit singularis Florentii præfecti Prætorii viri Catholici ac præstantissimi pro-



probitas; Cum lenones sæpe vetiti, pen-  
sitatione tamen quadam in ærarium con-  
ferendâ Constantinopoli turpe opus ex-  
ercere permitti essent, ipse Florentius ut  
ejusmodi turpitudinis facere civitatem pur-  
garet, latifundium suum donavit, ex quo  
eodem reipublicæ redditus solverentur.

✱(440.)✱ Sixtus Pontifex obiit, cu-  
jus nomine editi sunt libri Pelagianis er-  
roribus scatentes: & observatum hoc est  
à scriptoribus, fatale Sixtis fuisse ut ipsis  
libri supponerentur. In locum defuncti  
Leo Romanæ ecclesiæ Diaconus, natione  
Tuscanus Patre Quintiano natus tunc ab-  
sens (qui paci conciliandæ inter Aetium  
& Albinum Romanos duces vacabat) ele-  
ctus & magna omnium expectatione acci-  
tus sedem occupavit.

Genfericus Wandalorum Rex compa-  
rata classe Siciliam graviter afflixit, sed  
metuens adventum Sebastiani (qui gener  
erat famosi comitis Bonifacii & vir stre-  
nuus in bello invidiâ Romanorum Ducum  
in Hispania exulans) celeriter Carthagi-  
nem rediit, Sebastianus autem volens a-  
micus potius quàm hostis videri apud  
Arianum Regem, cum temerè nimis  
crederet hæretico, necem sibi accersivit.  
Veritus enim Wandalus Rex viri fortitu-  
dinem



dinem & sapientiam eum in Arianam se-  
ctam pertrahere conatus est: quod cum  
machinis suis non posset, renuentem in-  
teremit, quo genere mortis sublatus sit in-  
certum est nec in tabulas martyrum rela-  
tus est, quia nec causa illatæ necis omni-  
no liquet.



DECAS V.

✽ Ab anno 440. ad annum 450. ✽

441. **P**lurima Cænobia in Hybernia con-  
 ✱ struuntur, & fides Christi à Mona-  
 chis propagatur.

Nobilitatus hic annus est memoriâ concilii Arausici in Gallia Narbonensi celebrati, interfuisse concilio præclarissimæ Episcopi, quos inter Hilarius quondam Monachus Lirinensis postea Arelatensis Episcopus, qui cum S. Prospero Aquitano infectatus est acerrimè Pelagianos, & S. Augustini sui quondam magistri doctrinam propugnavit. Item Eucherius quondam Senator, postea Lirinensis monachus, ac demum Episcopus Lugdunensis. Multa in hoc concilio ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentia præclarè sancita sunt.

Cyrus poëta insignis, arte suâ eò per-  
venit favente & supportante Eudoxiâ Au-  
gustâ



gustâ ejusdem artis studiosissimâ, ut tandem Consul Romanus & Prætorii præfectus crearetur, sed tantos honores Ethnica superstitione, cui deditus adhuc erat, obscuravit, postquam autem singulari Dei providentiâ per invidiam æmulorum a Theodosio præfectura, sub prætextu quòd gentilis esset, spoliatus est, confugit ad Ecclesiam, & Christo nomen vitâque consecravit, Presbyterio initiatus ac Smyrnorum factus Episcopus, ingeniosissimis lucubrationibus suis clarissimus.

✱(442.)✱ Theodosius Wandalos eicere conatur ex Africa, missis eo tribus duobus cum ingenti classe. Sed dum hi cunctantur, accuratiùs quam generosiùs belli aleam tractantes, nihil præter ignominiam & Principis sui malevolentiam retulerunt, & Imperator cum Genserico pacem componere Romano nomini satis indecoram coactus est. Sed & illud gloriam Romanam valde obscuravit, quod Attilæ Hunnorum Regi Thraciam & Illyricum fædâ depopulatione vastanti Theodosius coactus fuerit sex millia librarum auri solvere, ut cum copiis suis excederet, & insuper, annuum tributum mille librarum pacisci. Sensere tum Oriens tum Occidens hoc tempore barbarorum populationes, Persis,

sis,



sis, Saracenis, Zanis, Hauris, prædas agentibus, nec nisi pace factâ repressis.

✱(443.)✱ Leo Papa Manichæus intra urbem latitantes persequitur, omnibus eorum libris combustis, & quia sub larva pietatis se astutissimè tegebant, statuit Pontifex, ut cùm ex majorum præscripto Christiani Deum adorare consuevissent ad Orientem conversi, quia tamen idipsum etiam faciebant Manichæi, impiè solem colentes, interdixerit tunc Catholicis ejusmodi ritum ad Orientem solem inter orandum se se convertendi, quo facilius Manichæi à Catholicis dignoscerentur.

✱(444.)✱ Cogitur à Leone Synodus Romæ ex omni Ordine & statu præter Clericos in illud admissis, ut tanto notiora fierent scelera Manichæorum. Unde hodie in Ecclesia usus obtinuit, ut hæreseos damnati publicè ex Cathedris promulgentur, quod ipsum quondam Romani Pontifices præstabant, vel per se, vel per notarios suos; quibus homilias integras adversus hæreticos à se conscriptas ex cathedra legendas committebant.

S. Cyrillus Alexandrinus Episcopus è vivis abit, cujus sanctitatem Menologia & eruditionem incomparabilem copiosa scripta testantur, quorum tamen pars magna



gna intercidit: laboravit in Episcopatu per annos triginta duos, & totidem paschales Epistolas Græcè conscriptas reliquit, nondum editas, quas Vaticana bibliotheca custodit. Successit ei Dioscorus Origenista Arianus, homicida, incendiarius vitæque turpissimus, qui statim S. Cyrilli hæredes exagitavit, multamque pecuniam per calumniam exegit, quam pistoribus & cauponibus civitatis dedit, ut mundissimum panem, & pretiosissimum vinum vi-  
liori pretio venderent, quâ prodigalitate simul & pecuniæ alienæ per vim injustè exactæ effusione (quæ potius in pauperes distribuenda fuisset) hypocrita nefandus populum Alexandrinum sibi conciliare & Cyrillo etiam post mortem infensum & injuriam reddere attentavit.

✱(445.)✱ Constantinopolis incendiis & peste fœdatur & populatur, seditionibus, insuper & motibus bellicis, ac mutuis cædibus tum urbis, tam totius Imperii, Orientalis florentissimus status miserrimè turbatur & confunditur, tam deformi abominatione, non alio quàm hæreseos fonte profluente; ex quo nimirum Nestorii impietas si non apertè, occultè tamen in Imperatoria urbe foveri cœpit.

S. Hilarius Arelatensis Episcopus fortissimè



tissimè litigat cum Episcopo Viennensi in Gallia pro vendicanda Ecclesiæ, suæ jurisdictione, sed causâ cadit coram Romano Pontifice & omnia ejus acta in Viennensi Episcopatu per potestatem temerè arrogatam rescinduntur à Pontifice, Valentinianus insuper rescriptum Aëtio militiæ suæ præfecto transmittit, & mandat, ne tumultus ultiores ab Hilario contra Viennensem concitari permittat. Obtemperavit utrique & Pontifici, & Imperatori magnâ humilitate Sanctus Hilarius, & tantò quidem fuit majoris æstimanda obedientia Hilarii, quantò ardentius & plus æquo antea ecclesiæ suæ jura vendicabat: quos enim Episcopos ordinaverat (sibi nullo titulo subditos) eosdem civibus invitis intrusit, manum armatam sibi contraxit, & urbes & claustra murorum hostilem in morem obsidionibus cinxit, vel aggressionibus violentis referavit, quarum violentiarum in rescripto suo meminit Imperator. Sic novum non est in ecclesia Christi labi subinde etiam pios & bonos Episcopos in vendicandis juribus suis, quos zelus intemperans domûs Dei commedit. Posthæc diem suum eodem adhuc anno piissimè obiit S. Hilarius gloriosis laboribus defunctus, & hæreticorum fortis triumphator.



\*(446.)\* Constantinopoli Judæus quidam Imaginem Christi Crucifixi è domo Christiani alicujus furatus cultro suo vultum confodit, ex quo vulnere continuo sanguis copiosus manavit, quo miraculo Judæus peterritus, imaginem in propinquum puteum conjecit, cum verò mane factò venirent ex more, qui ex eodem publico puteo haurirent aquam, & sanguinem viderent, re vulgatâ, exhaustoque puteo inventa est imago continuo fluxu sanguinem fundens, usque dum detectus ab uxore Judæus facinus confessus est, & cum uxore baptizatus.

Terribilis terræ motus, qui totis sex mensibus duravit adeò ut Theodosius ipse cum universo populo sub pellibus in campis habitare cogeretur; Omnibus autem ad Deum per preces aliquando recurrentibus raptus est è turba puer in cœlum, ubi concinentes audivit Angelos, *Sanctus DEUS, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nostri.* Admonitus quoque est, ut idem hymnus in terris occineretur, quod cum factum esset, illico conquievit terra, & puer expiravit, elatusque magnifico funere sepultus est, in ecclesia autem datum initium Trisagio, quod deinceps in ecclesia Orientali & Occidentali celeberrimum exti-

exti-



extitit, & ad Dei furorem placandum non sine fructu adhibitum.

Proclus Episcopus Constantinopolitanus moritur, vir magnus & eruditus, cui datus est successor S. Flavianus Presbyter. Ad quem cum Chrysaphius Eunuchus Imperatoris cubicularius venisset, petens ab eo munus aliquod electionis causâ Imperatori deferendum, dedit illi pueros paries, petenti autem aurum respondit, aurum esse ecclesiæ & pauperum, neque præter id aliud aurum se habere, vel pro Imperatore vel Chrysaphio. Responsio hæc semiviro huic ministro ita bilem accendit, ut sanctum virum perdere decreverit, adjutus ab Eudoxia Augustâ, quod etiam præstitit cum magno ecclesiæ & Imperii dedecore: cum enim alia via non posset, effecit tandem apud Eudoxiam, & per hanc apud Theodosium falsis suggestionibus, ut Pulcheria (quæ pro Flaviano potenter stetit) in ordinem redigeretur & in numerum Diaconissarum adlegeretur, Augustæ dignitate spoliata. Quod cum illa subodorata, vel à Flaviano certior reddita esset, ipsa sponte in Hebdomum (locus ille erat extra urbem modicè diffusus) se se recepit, pietati & Deo vacatura. Magnò quidem ejus commodo, sed ingenti ecclesiæ &



& Imperii damno, cum illa utrumque auctoritate sua & pietate quadraginta ferme annis suffulcisset.

✽(447.)✽ S. Turibius Episcopus Asturicensis Hispaniam à Priscillianistarum hæresi purgat, ad quem finem Toletana & Lucensis synodus celebratur, ideo diversis in locis Episcopis convenientibus ad duas synodos, quia Galleci (quod municipium est Lucensis urbis) erant tunc temporis sub Suevorum potestate reliquæ autem Hispaniarum Provinciæ Gothis Theodorico, & ejus Filio Torismundo parebant. Statutum in hac Toletano synodo ut ad discernendos Episcopos Catholicos à Priscillianistis (qui Spiritum S. Personam distinctam in SS. Trinitate negabant) impofterum in formula Nicæna fidei adderentur hæc verba de SPIRITU SANCTO, QUI À PATRE FILIOQUE PROCEdit, quod statutum sua auctoritate Leo Pontifex confirmavit, & sic servari præcepit.

✽(448.)✽ Celebratum est Concilium Constantinopolitanum in causa Florentii Episcopi Sardenfis, & in eodem Archimandrita Eutyches accusatus de hæresi, presbyteratu suo depositus, & monasterii cui præerat administratione privatus  
atque



atque unà cum aſſeclis (ſententiam enun-  
 ciantē Flaviano, & omnibus Episcopis &  
 Archimandritis, qui aderant, ſubſcriben-  
 tibus) damnatus eſt. Qui cum à Chryſa-  
 phio Eunuchō, quem in baptiſmate ſuf-  
 ceperat, totis viribus contra Flavianum de-  
 fenderetur, & ab Eudocia Auguſta inſu-  
 per tota imperatricis auctoritate ſuſten-  
 taretur, Flavianus tamen nihil metuens  
 maturè Leonem Pontificem admonuit, ne  
 Chryſaphii machinationes per Imperato-  
 riam poteſtatem pro Eutychete contra  
 ſynodum, & æquitatem ſententiæ quic-  
 quam prævalerent.

#### HÆRESIS EUTYCHETIS.

**E**utyches ex monaeho & Abbate Conſtantino-  
 politano hæreſiarcha occaſione captā ex er-  
 rore Neſtorii hypſtaticam JESU Chriſti unio-  
 nem oppugnantis, quem dum Eutyches vellet  
 reſellere, non fuit eā prudentiā & moderatione,  
 ut intra veritatis Catholicæ fines pedem figeret,  
 quin imò in oppoſitam extremitatem ſeiſum  
 præcipitem egit, ratus non poſſe hypſtaſis unita-  
 tem in redemptore noſtro defendi, niſi natura  
 divina & humana permisceantur & in unam  
 coaleſcant.

Arbitrabatur Eutyches unà cum Manicheis  
 & Apollinaris carnem JESU Chriſti, non  
 eſſe noſtræ ſimilem, neque ipſum verè natum eſſe



ex Virgine, licet ita videatur. Aiebat enim corpus Christi de cœlo descendisse in uterum virginis, in eumq; radiorum solarium insiar penetrasse, & quidem eo pacto ut in puncto incarnationis mutata fuerit caro in Divinitatem, unaque substantia ex duabus naturis coaluerit, quo ex fonte hasce conclusiones derivabat JESU Christi Divinitatem passam esse, Crucifixam & sepultam esse.

Comminiscebatur Eutyches corpus nostrum post resurrectionem impalpabile invisibileque futurum, imò & vento subtilius.

\*(449.)\* Causa Eutychetis Patrociantibus Chrysaphio per Eudoxiam & Theodosium ultro & citro agitur in Synodis à Leone Papa congregari jussis. Sed mala causa nullibi triumphavit, nisi in Concilio malignantium ubi Spiritus mendacii locutus est ex cathedra pestilentiae.

Pro qua erigenda operam suam gnaviter Chrysaphius collocavit, qui effecit per Imperatorem quem veluti Camo & fræno regebat per Eudoxiam, ut Synodus Oecumenica Ephesi cogeretur, cui turpissimus Dioscorus præesset (dicta est hæc Synodus, prædatoria & latrocinium Ephesinum) miserat quidem ad hanc suos, Legatos Romanus Pontifex supremus Episcopus & gubernator, sed Legati & omnes:

Or-



Orthodoxi Episcopi pessimè habiti sunt: Flavianus Plagis contusus, & vinculis constrictus à sceleratissimo Archimandrita Barsumâ in exilium missus, ubi ex ærumnis mortuus est. Damnati quoque Eusebius, Theodoretus, Ibas & Domnus, qui in exilium amandati. Quæ cum Romanus Pontifex agnovisset, Romæ in Synodo omnia damnavit, cui Valentinianus adiunxit suum edictum licet Theodosius contrarium edidisset, sic Principes qui fraudulentis & impiis adulatoribus, sergendos veluti jumenta dedunt, non tantum multa ineptè & fanaticè sed etiam impiè & sceleratè faciunt, suo & alieno crimine nocentissimi, ut si injustam causam semel agendam susceperint, ostensâ licet veritate, rarò ab injustitiæ devio, in rectum æquitatis tramitem revocentur.

Non prætereundum pro causa Eutychetis, Dioscori temerarium & protervum facinus, quo in Leonem Papam ipse à paucis quibusdam suæ cohortis Episcopis inductus, furore & audacia armatus excommunicationis fulmen jaculari ausus est, explodendus sanè & cum omnibus hæreticis irridendus fulminaster.

✱(450.)✱ Pulcheria Theodosium ab æquitate & pietate multum aberrantem sanio.



sanioribus consiliis reducit in viam, & docet gravium erratorum agnitionem, unde resipiscens Imperator primo Eudoxiam severè increpitam in Hebdomum relegat, quæ ex necessitate pia reddita, ad loca sacra visenda navigavit. Chrysaphium incensorem omnium malorum bonis omnibus & dignitatibus expoliat, & in Insulam exilatum transportari jubet, qui in itinere maris fluctibus casu adverso & fortuito haustus interiit, vel uti Cedrenus & Marcellinus affirmant Pulcheriæ jussu interfectus est. Multa præterea iniquè acta rescidit.


Post hæc Theodosius, sive ex morbo, sive lapsus ex equo in venatione, sive in fluvium Albim cadens & ereptus, uti quidam affirmant, (de genere enim mortis inter auctores non convenit) altero à lapsu die mortuus est. Narratur eum Ephesi ante sepulchrum S. Joannis orantem edoctum esse à Deo per visionem quis ei futurus esset in Imperio successor, ideoque reliquisse illud Pulcheriæ sorori suæ, eâ tamen lege, ut hæc licet virgo quinquagenaria jam major, & Deo consecrata nubere Marciano, qui huic ut S. Josephus Beatiſſimæ Virgini maritus esset, fuit autem Marcianus vir religiosissimus & fortissi-

R

mus



mus qui per omnes militiæ gradus ad summa eluctatus, dignus judicatus est, cui Imperium committeretur, cuius operâ statim æquè ecclesia quàm Imperium reflorescere revocati enim ad sedes suas exules Episcopi: victus ad Danubium Attila. reliquit Orientem, & cognitum ab omnibus, pietatem ad regna reparanda præ omnibus esse necessariam.



## DECAS VI.

✽ Ab anno 450. ad annum 460. ✽

451. **A**tila Hunnorum Rex ad demoliendum occidentale Imperium & concutiendum minis suis, & armis orbem terrarum cum exercitu septingentorum millium cum plurimis Regulis, quos subjugaverat, & viribus toto septentrione collectis in Occidentem irruit: ausus etiam Romæ à Valentiniano Palatium inhabitandum postulare. Quanto robore formidandus cui Andaricus Gepidarum, Walamirat Gotthorum Rex, cui Marcomani Suevi, Guadi, Herni, Turcilingi alique barbaræ nationes in finibus Aquilonis jacentes militabant? haud minus tamen fraudibus & astutiâ suâ cavendus, vultuque corporis truculento Rex terrificus. Hic igitur



igitur veluti *Affur* virga furoris Domini primo in Galliam furores suos infudit sacra profanâque permiscens, urbes incendit, cives cecidit aut abduxit, & regnum floridissimum desertum, depopulatum & desolatum reliquit. Hoc tamen monstrum Viri, nulli mortalium parcere assuetum sancti quidam tum temporis virtute eximii & orationibus suis potentes apud Deum represserunt. Cum enim Trecensi urbi immineret, Lupus Urbis Episcopus habitu Pontificali indutus cum multitudine Cleri in occursum venit, audacter interrogans, quisnam ille esset, qui tot urbibus everfis, tot devictis regibus & populis prostratis, orbem sibi subdere arroganter moliretur? respondente Attilâ: *Se esse flagellum DEI*; Lupus dicere perrexit; *Si flagellum DEI es, quis mortalium flagello DEI resistet? Veni igitur flagellum DEI mei; cæde & flagella ut DEUS concedit.* Ad quæ verba barbarus alioquin nullius hominis precibus exorabilis emolitus urbem Trecensem illæsam pertransiit.

Similiter Oratione S. Genovefæ Urbs Parisina liberata, & Sancti Amani precibus ipse Attila devictus esse perhibetur, cum enim Aurelias obsideret, & tantum non eâ potiretur, adfuit cum ingenti Romanorum exercitu Aëtius, qui adjunctis

R 2

sibi



sibi Theodorico Gothorum Rege cum filio Thorismundo & Merovæo cum suis Francis, operâ Aviti præfecti Galliarum obsidionem relinquere compulit, & in Belgio ac Catalaunicis campis recedentem affecutus magna utrimque facta strage delevit, & in fugam conjecit, Cæsa tunc utrinque numerantur centum octoginta millia. Post hæc Attila collectis copiis prudenti consilio dirimens bellum & Gallicum deferens, in Illyricum se recepit, sed à Marciani Imperatoris exercitu repulsus, inter fines Veneticos ad anni sequentis bellum, confedit.

CONCILIUM OECUMENICUM  
CHALCEDONENSE.

**R**omano Orbe ex insperato iterum pacato, summâ pace Concilium Chalcedonense Oecumenicum convenientibus sexcentis ac triginta Episcopis Præsentibus Marciano & Pulcheria Augustis, Magistratibus & Senatoribus, in Basilicâ S. Euphemie sacrario & in Suburbio Chalcedonensi inchoatum est Kal. Novemb. Interfuere legati Pontificii Episcopi duo & totidem Presbyteri, ex Heterodoxis Dioscorus Alexandrinus & Juvenalis Hierosolymitanus, item Domnus Antiochenus. Nec non Anatolius Constantinopolitanus. In



In hoc Concilio Dioscorus cum Pseudo-  
synodo Ephesina depositus est. Ibas au-  
tem & Theodoretus absoluti, Nonnus Ibæ  
successor remotus, Maximus Antiochiæ  
Episcopus servatus, qui sponte obtulit  
Domno unde aleretur. Juvenalis Episco-  
pus factus Metropolitanus trium Palæsti-  
narum: Cæsariensis Episcopus dejectus,  
Arabiae & duæ Phœniciae Antiocheno  
Præfuli adjudicata. Disceptantes duo  
Ephesini Episcopi conviciis potius quam  
vire rejeçti sunt, & tertius subleçtus est.  
etique unde viverent sufficere jussus.  
Nicæa subiecta Nicomediæ ut Primati.  
His & similibus satis pacificè gestis ob  
Marcianum præsentem, religiosum &  
fortem, synodus dissoluta est. Quâ oc-  
casione Anatolius usus cum reliquis Epi-  
scopis Orientalibus 30. canones edidit, &  
Constantinopolitanam Sedem primam à  
Romana statuit: quæ à Leone Papa vehe-  
menter improbata sunt, & quoad hæc non  
est recepta Synodus. Data tamen Eccle-  
siæ pax, quia tam bonis Imperatoribus  
nullus est ausus impius resistere.

✠(452.)✠ Dioscorus in exilium manu  
militari Gangram in Paphlagonia depor-  
tatus est, ubi miserè periit. Datus est ei  
successor Protericus, unde magnæ turbæ



Alexandriæ & tota Ægypto ortæ, cum  
 magna pars repudiantes Chalcedonensem  
 Synodum schisma fecissent, quorum Prin-  
 cipes fuerunt Theodosius Alexandrinus  
 & Jacobus Syrus, à quibus Theodosiani &  
 Jacobitæ nomen erroresque traxerunt.  
 Palæstina quoque turbata à Monachis Eu-  
 tychianis, quorum præcipuus fuit Theo-  
 dosius Pseudo-Monachus alter ab Alexan-  
 drino, qui Eudoxiam relictam Theodosii  
 Imperatoris in suas partes pertraxit, eam-  
 que hæresi contaminavit, & pulso Juvenale  
 Hierosolymitarum sedem occupavit, &  
 viginti mensibus tenuit cædibus, rapinis  
 exiliis in fautores Chalcedonensis concilii  
 immaniter grassatus; qui tandem à Ma-  
 ciano Imperatore iussus Constantinopo-  
 lim adduci fugit in montem Sina, sicque  
 merita suis criminibus supplicia dedi-  
 navit.

Valentinianus auctoritatem ecclesiasti-  
 cam diminuit decreto edito quo Cleri-  
 cos subiecit foro sæculari in iis quæ ad  
 religionem non pertinent, quod tamen  
 Majoranus Successor mox contrario de-  
 creto rescidit, & videtur Deus Ecclesiæ  
 causam suscepisse, & violatores auctori-  
 tatis mox flagello suo castigare voluisse, At-  
 tilam immittendo, qui Aquileiam, Tici-



, cum  
ensem  
n Prin-  
drinus  
sani &  
kerunt.  
his Eu-  
Theo-  
Alexan-  
codofii  
it, eam-  
uvenale  
vit, &  
rapina  
concili-  
a Mar-  
tinopo-  
licque  
decli-  
lesiasti-  
Cleri-  
quæ ad  
tamen  
rio de-  
Ecclesiæ  
torita-  
iffe, At-  
Tici-  
num

nam, Mediolanum aliasque urbes evertit,  
Romam quoque jam spe sua devorans, sed  
ad Mincium fluvium, à S. Leone qui ei  
occurrit, eloquio & sanctitate viri pro-  
gredi vetitus est, admirantibus verò suis  
Ducem Dei que hominumque contempto-  
rem unius antistitis voce repressum esse:  
& causam interrogatus respondit vidisse  
se Leone loquente alium quendam habitu  
Sacerdotali decorum, divinum quid præ-  
se ferentem, minantemque mortem nisi  
Leoni obediret.

Postea idem Attila, missis à Marciano  
auxiliis, pulsus in Gallias transiit quem  
Thrasimundus Rex insigni victoria supe-  
ravit, quâ diu frui non potuit utpote à  
Theodorico & Frederico fratribus suis  
paulo post jugulatus.

Patavini Attilâ grassante ut Hunno-  
rum furorem evaderent, occupaverunt In-  
sulas in paludibus quas septem Maria vo-  
cabant olim; & Venetias primo fundâ-  
runt, & paulatim progressu temporum ur-  
bem amplissimam effecerunt.

\*(453.)\* Anatolius iterum turbat  
pacem Ecclesiæ.

Pulcheria soror Theodosii Augusta vir-  
ginitate & vitæ sanctitate anno ætatis suæ  
quingagesimo moritur. Omnia bona



sua testamento pauperibus relinquens, quam ultimam ejus voluntatem Marcianus Imperator fideliter executus est.

✱(454.)✱ Valentinianus tantæ libidinis cestro furebat, ut etiam incantamentis atque magiis se dederet; hisce artibus honestissimarum matronarum castitatem expugnaturus, quas inter cum Maximi (qui ortum suum trahebat ex Maximo tyrano) formosissimam & castissimam uxorem dolo constuprasset, ille ignominiam propter vim uxori illatam, vindicaturus cum via alia non posset, ut inermem & prorsus imbellem redderet Valentinianum, qui omne robur & fortunam belli sitam habebat in Aëtio, persuasit Eunuchis Aëtium tyrannidem affectare, idque inconsultissimus Imperator credidit, itaque vocatum Aëtium in palatio suo manu propriâ columnen imperii sui & protectorem trucidavit, una cum Boëtio præfecto prætorii viro præstantissimo, quo facto cum Imperator quendam ex Romanis interrogasset, quid de morte Aëtii & Boëtii judicaret, an non ea utilis esset reipublicæ, responsum audiit. *Hæc ipse Imperator videret, bene an male: se tantum scire, quod sibi dexteram manu sinistra præcidisset.*

Hoc anno flagellum DEI confractum est



quens, est, & Attila vel à recens amata sponsa  
 Marcia. puella pulcherrima Ildicone dicta, quam  
 t. Aëtius subornarat, prima nuptiarum nocte  
 libidi. occisus vel ex crapula nimia, sanguine etiā  
 mentis ex naribus defluente suffocatus est: de cau-  
 sū ho. sa mortis nihil certi. Eadem autem nocte  
 em ex. Marciano Imperatori Constantinopoli  
 Dominus in somno Attilæ carcum fra-  
 ti (qui tyranō) ctum ostendit.

In utraque Phrygia, Galatia, Cappadocia  
 & Cilicia tanta fuit imbrium paucitas, ut  
 er vim homines penuriā alimenti coacti, pestifera  
 ria alia quæque ad famem compescendam come-  
 bellem derent, unde etiam lues orta est, quā in-  
 robur tumescentibus corporibus propter nimi-  
 Aëtio, am inflammationem homines prius excæ-  
 nidem cabantur & tussi accedente die tertio per-  
 mpera- ibant, nec potuit malo ullum remedium  
 um in inveniri, sterilitas autem ingens, quibus-  
 imperii dam in locis alimento ex aëre quasi manna  
 a cum delapso, & paulò post fructibus maturis  
 æstan- sponte è terra provenientiibus, mirabiliter  
 quen- sublata est.

\*(455.)\* Fuit hic annus ultionis Va-  
 nonea lentiniano, quem Aëtii amici instinctu &  
 auduit. dolo Petronii Maximi, cui uxorem constu-  
 male: se prarat in campo Martio interfecerunt,  
 sinistra cum tenuisset imperium annis 30. eo occi-  
 actum so Maximus imperium invasit, & ipsam  
 est

R s

quo-



quoque Valentiniani uxorem Eudoxiam Augustam frustra reluctantem duxit. Cuius ut amores sibi conciliaret imprudenter aperuit ejus amore a se Valentiniano eodem procuratam esse. Quibus verbis ad vindictam incensa Eudoxia Gensericum Wandalorum Regem contra Maximum conciliavit & accersivit, qui cum ingenti classe navigans in Italiam nullo resistente Romam ingressus est Maximum autem fugientem lapidibus obruerunt, & membra tim discerpserunt, cum nondum tres Imperii menses explevisset. Sed & Eudoxia Augusta quæ tyrannum introduxerat una cum Placidia & Eudoxia filiabus ex Valentiniano susceptis à Genserico captiva abducta postmodum autem roganti Leoni Imperatori, qui Marciano successit, Constantinopolim remissa, cum prolibus Catholicæ fidei per afflictiones varias associata est, ejurata cui hætenus mordicus adhæserat hæresi Eutylianâ, Avitus Prætorii Galliarum adnitentibus præcipue Gothis, ipsoque Rege Theodorico Imperator acclamatur.

Marcianus post Valentiniani & Maximi mortem Ecclesiasticam immunitatem restituit quam Valentinianus ademerat, suo decreto sæcularibus judiciis Clerum subji-

cient



ciens. Antiquavit insuper leges quas alii Imperatores promulgârunt, quibus Clericis interdicebatur ne quid à viduis vel Diaconissis testamento relictum acceptarent.

✽(456.)✽ Avitus deponit Imperium vel sponte, vel coactus, neque enim placebat Senatoribus & populo propter odium erga Maximum à quo Avitus Magister militum electus erat.

Theodoricus Rex Gothorum Arianus cum ingenti exercitu in Aquitaniam ingressus & inde petens in Hispaniam Rectiarium Suevorum Regem cum copiis occurrentem devicit, & in fuga captum occidit. Emeritensem autem urbem deprædari molitus à S. Eulalia ostentis territus, proposito destitit.

✽(457.)✽ Marcianus dum per supplicationes ad bellum se præparat Wandalis qui Romam diripuerant, inferendum, pissimè diem obit. Prædicatur inter alias virtutes ejus profusa in pauperes liberalitas, inculpata religio, & propensissimum studium erga fidem Catholicam, legum inviolata Custodia, & admirabilis tum corporis, tum animi castitas, ut vix sit inter Catholicos Imperatores Constantinopolitanos reperire aliquem post Constantinum, qui cum Marciano sit conferendus.

R 6

Com-



Communi Senatûs & exercitûs consensu Leo Tribunitius genere Thrax Imperator salutatus est, annum tunc agens quinquagesimum quartum, de quo refertur, quod cum adhuc privatus esset, Beatissima Virginis monitu cæcum, quem errantem in via repertum misericordia motus ducendum suscepit, luto oculis appposito illuminaverit, & siti qua cruciabatur, aquâ miraculosè inventâ, liberaverit, cui in mercedem pietatis Imperium à Beatissima Virgine prædictum fuerit.

Thimotheus Ælurus invadit Ecclesiam Alexandrinam & in profanationibus sacrorum & persecutionibus in omnis sexûs & conditionis Orthodoxos Chalcedonensis Concilii defensores sævit & quidem S. Proterium Episcopum Alexandrinæ Ecclesiæ in ipso baptisterio hæretici tumultuantes occiderunt.

#### DE TIMOTHEO ÆLIURO EPISCOPO ALEXANDRINO HÆRETICO.

**N**estorianus hic erat nefandus hæreticus, longè alius à Timotheo Apollinariistâ præter Nestorij errores insuper fuit corruptor falsarius scriptorum S. Cyrilli quæ nondum erant in lucem edita, turbulentus & truculentus hæreticus.

Julius



Julius Valerius Macorianus creatus Imperator Occidentis, annuentibus senatu & militibus, ipsoque Leone Orientis Imperatore statim in ingressu Imperii prohibuit, ne parentes filias suas virgines cogerent invitas ad sacrum velamen & ne viduæ refugerent nuptias, non amore continentiae sed ut liberiùs vivere possent.

✠(458.)✠ S. Leo Papa per Legatos suos fortiter laborat pro Chalcedonensis synodi decretis, confirmandis, operam suam strenuè ad hoc conferentibus sanctis monachis in Ægypto, præsertim Siameone Stylita adhuc superstite, & in columna sua super omnes mortales erecto.

✠(459.)✠ Constantinopoli celebratur concilium non quidem Oecumenicum ut Imperator exposcebat, sed Provinciale (neque enim expedit ut ad hæreticorum postulata semper concilia universalis conscribantur, ut tunc temporis expetiverunt) durante hac synodo illud memoria dignum contigit, ut Gennadius Episcopus, vix ullis viribus potens insolentem & procacem unum clericum Ecclesiæ sancti Eleutherii Martyris compesceret, ipsum S. Martyrem magnâ fide interpellaret, ut suæ Ecclesiæ Clericum emendaret, aut præcideret: qui sequenti die mortuus inventus est.

Ecele.







Moritur S. Leo Papa, qui ob excellentem virtutem & doctrinam, ac vigilantissimum in curia pastoralis studium cognomento Magnus appellari meruit. Inter cætera ejus vitæ acta narratur cum aliquando dubitaretur à quibusdam Græcis de virtute Brandeorum, quæ apponi solerent ad Apostolorum corpora, Leonem ejusmodi Brandeum unum forficibus incidisse, & ex ipsa incisione sanguinem effluxisse; Erant autem Brandea vela quædam seu sudaria, quæ supra SS. Apostolorum Petri & Pauli sepulchrum posita à fidelibus, ita imbuebantur virtute divinâ, ut etiam pondere augerentur, tantæque per ea virtutes fierent, quantæ ferè per ipsa corpora sanctorum.

Refertur & illud de S. Leone, cum peracto quadraginta dierum jejunio ad sepulchrum S. Petri orâset pro remissione suorum peccatorum, divinitus revelationem obtinuisse omnia peccata remissa esse, intellige non tantum quoad culpam, sed quoad poenam etiam, præter peccatum sive poenam quam promeritus esset per impositionem manuum factam indignis qui ab eo ad ordines promoti sunt.

*Rejicitur autem merito illa garrularum vularum potius fabella, quàm fide digna historia*  
quam



quam recentiores nonnulli pro veritate vendunt, quod cum formosa quædam mulier eum esset ex-  
osculata unde ille humani quid passus esset, ipse  
sibi dexteram manum amputaverit, quam Bea-  
tissima virgo eidem restituerit, hæc fabella quo-  
vis Christiano multo magis tam sancto Pontifice  
indigna prorsus inter aniles nugæ rejicienda est.

Præter alia quæ laudabiliter S. Leo in-  
stituit, sepulchris Apostolorum custodes  
ex Clero adhibuit, quos cubicularios ap-  
pellavit, quos nos modo Capellanos dici-  
mus, idem enim apud antiquos fuit cubi-  
culum quod capella.

Leoni defuncto Hilarius successit natio-  
ne Sardus patre Crispino genitus, qui  
mox Nestorianos & Eutychianos hæreti-  
cos damnavit & tres œcumenicas synodos  
Nicænam, Ephesinam & Chalcedonensem  
confirmavit.

✱(462.)✱ Leo Imperator sæpe visitat  
devotionis causâ Daniele stylytam, &  
precibus ejus impetrat ex Verina conju-  
ge filium, qui tamen Ariadnæ Sororis Ve-  
rinæ, postea factæ uxoris Zenonis, invidiâ  
& fraudibus brevi è vivis sublatus est.

Constantinopoli pictor quidam, volens  
Christum depingere in forma & habitu  
Jovis sensit manum aridam, facinus autem  
confessus à Gennadio Episcopo sanatus est.



✽(463.)✽ Hoc anno qui fuit Leonis Imperatoris septimus ossa S. Elifæi Prophetæ à Palæstinâ Alexandriam translata sunt.

✽(464.)✽ Euricus sive Evarix frater Theodorici Gothorum Regis, post fratricidium, quo Theodoricum sustulit infestissimis armis grassatur in Galliâ & Hispania sub hoc Gothi legum suarum instituta in scripto habere cœperunt, cum antea solâ consuetudine tenerentur.

✽(465.)✽ Ingens incendium à Daniele stylita prædictum urbem Constantinopolim exustis multis sacris & profanis ædificiis & magna hominum multitudine flammis pereunte, miserum in modum devastat. Evagrius tradit ignem per triduum integrum à malo dæmone in habitu mulieris, quæ victum manibus quæriraret, circumcursante immissum esse: quo tempore Basilica Anastasia à S. Marciano Oeconomo non ita pridem crecta, ingenti miraculo conservata est, precibus ejusdem Marciani sacro accepto Evangelii codice mediis in flammis orantis.

In Occidente Severus Imperator dolo Ricimeris Gothi Arianii potentissimi magistri militum Romæ in palatio veneno peremptus est; quæ crebra mutatio Augusto.



gustorum fuit valde noxia Imperio, Wandalis interregni occasione multò audaciùs grassantibus.

✱(466.)✱ Cum Ardaburus potentissimus Dux Arianus militem quendam, è Coenobio Acœmetarum vi extrahere tentaret, qui ad hoc ab eo missi erant, fulguribus ex imagine Crucis Christi fulgentissimæ, igneque circumdatæ quæ in fastigio monasterii, eminebat, procedentibus, mirabiliter repulsi sunt, & ostensum magno periculo ecclesiæ immunitatem violari. Occasione hujus miraculi factum est, ut Leo Imperator amplissimam sanctionem ediderit pro immunitate Ecclesiæ, quæ etiam antiquata est lex illa, quæ jubebat ut Episcopi, si tradere nollent confugientes ad ecclesias, debita solverent creditoribus, quibus transfugæ obligabantur.

✱(467.)✱ Inter Leonem Imperatorem & Ricimerem Patricium magistrum militiæ transactum est hoc anno, ut Græcus Augustus mitteretur Romam cujus filius Ricimer duceret uxorem. Delectus ergo Anthemius Junior filius Anthemii Senioris Procopii nepos; qui Romam venit tum gravi peste laborantem, quæ tamen ipse sæviorem pestem invexit, scilicet



cet hæreticos Macedonianos sibi familiaritate conjunctos, qui continuò miscere cuncta, & conventicula seorsim agere inceperunt, quibus fortissimè Hilarius se opposuit, magis Deo, quam Imperatori placere sollicitus.

S. Hilarius migrat ex hac vita, de cujus munificentia in Ecclesiam multa in actis Pontificum ab Anastasio annotatis, ut liquidum fiat omnibus, quantæ divitiæ argenti, auri, & gemmarum hoc tempore fuerint in Ecclesia. Successit S. Hilario Simplicius Patria Tiburtinus Cassini filius.

\*(468.)\* Leo ingentem classem instruit adversus Wandalos, ex mille & centum navibus, exercitum item terrestrem ex hominum centum millibus quibus copiis cum Leo Basiliscum Verinæ conjugis fratrem Eutychianæ hæresis sectatorem præfecisset, ejus socordiâ & turpissimâ proditione factum est, ut copię penitus consumptæ & tota classis incensa fuerit. Et quidem hæc à Basilisco facta in gratiam Ardaburii & Asparis potentissimorum Ducum, natione Gothorum, cum quibus convenit, ut iidem Duces Basilisco Imperium conferrent, (quod implere nequiverunt, si ex sententia Leonis res prospere evenissent) ipse verò Basiliscus eis  
Aria-



Arianam perfidiam, qua infecti erant, propagare permetteret. Cujus etiam rei causa iidem barbari duces, Genferico Wandalorum Regi pariter Ariano semper occultè patrocinati fuerant.

Quam perfidiâ hæreticorum Ducum; sinistrè res bellica acta est, tam dextrè cecidit. reeventus belli ex altera parte, Duce Catholico contra Denficem Hunnorum Regem & fratrem Attali, ipso Attalo crudelitate haud quaquam inferiorem, fideliter & fortiter præliante & superante, cujus abscissum caput Constantinopolim magnâ gloriâ omniumque lætitiâ delatum fuit.

✱(469.)✱ Leo Asparis filium Cæsarem denominat, hac simulatâ benevolentia occasionem nactus ultionem sumendi de Aspare & Arduburio.

Populus autem Constantinopolitanus, quòd timeret iugo Ariani Imperatoris iterum subiici cùm Episcopis & Monachis se opponit. Quàm ob causam ipse S. Marcellus Accemetarum Archimandrita magna populi caterva, & Angelo habitu splendidissimi & altissimi cujusdam adolescentis comitante Imperatorem adiit, & obtestatus est eum ut Catholicus Cæsar crearetur.

✱(470.)✱ Aspar Patriciorum primus,  
cum



405

Zeno Isauricus Exconsul Romanus post hæc ducit uxorem Ariadnam filiam Leonis quæ desponsata fuit Patrociolo.

DECAS VIII.

✿ A 470. ad 480. ✿

471. **G**ennadius Episcopus Constanti-  
\* nopolitanus ex hac vita discedit,  
cum non diu ante obitum Dæmoniacum  
aliquod spectrum noctu in ecclesia oranti  
appa-



apparuiſſet, quod cum vir ſanctus crucis ſigno fugâſſet, ſpectrum edixit, ſe quidem nunc diſceſſurum ſed poſt mortem ejus reverſurum ad turbandam eccleſiam illam. Et docuit ſanè eventus Spiritum mendacii non eſſe tunc mentitum: quando Acacio ſubrogato in ſedem continuo turbine Eccleſia exagitata fuit.

Circa hæc tempora duobus inſignibus miraculis veritas Catholica confirmata eſt. Episcopuſ enim Catholicuſ cum Ariano de articulis fidei ac præcipuè de Chriſti divinitate diſputans obtulit Ariano, ut relictâ verborum contentione uterque fidei ſuæ veritatem probaret per ignem: renuente Ariano diſputandi arte & fraudibus inſtructiſſimo, Catholicuſ Episcopuſ in rogam ardentem intrepiduſ inſilit & e medio flammarum fidem ſuam proſitetur & ardentiffimè, illæſuſ tamen, propugnat ad omnium intuentium admirationem, & in vera fide confirmationem.

Alterum æque admirabile de Judæo quodam Archiſynagogo qui concitati tumultuſ reuſ actus & ad rogam condemnatuſ, ad invocationem S. Sergii Martyriſ (ad cujuſ reliquias frequenſ hiſ temporibuſ erat in Oriente peregrinatio) e medio igne divinituſ liberatuſ & baptizatuſ, cum duobus



bus filiis suis, eodem in loco, quo rogos ardebat, in honorem dicti Martyris de sua substantia templum erexit, & in eo quoad vixit raso capite unà cum filiis Dei cultui sanctorumque obsequio se se mancipavit.

Zeno gener Imperatoris Comes Orientis creatus cum Antiochiam hoc anno venisset secum duxit Petrum cognomento Cnaphæum, à prima arte Fullonem appellatum, olim monachum Accemetam & ob hæresim Eutychianam monasterio expulsum postea Presbyterum factum Ecclesiæ Bassæ Martyris apud Chalcedonem. Qui Antiochiæ mox Apollinaristis hæreticis se conjungens Clerum seduxit & insolenter multa ausus Zenonis favore suffultus, Martyrium ejusdem civitatis Episcopum virum Orthodoxa fide integrum & præstantem dirè exagitavit, tandemque coëgit Episcopatu renunciare, hæc publicè in Ecclesia alta voce præfatum. *Clero immorigero & populo rebeli & Ecclesiæ contaminata renuncio, servata interim mihi sacerdotij dignitate*, post hæc Fullo tyrannicè sedem invasit. Quem tamen Leo Imperator mox certior factus in exilium ablegavit, is autem fugâ elapsus poenam evasit.

HÆRE.



HÆRESIS PETRI FULLONIS COG-  
NOMENTO CNAPHÆI THEO-  
PASCHITARUM PRINCIPIS.

1. **D**uas in Christo JESU Personas statuebat,  
eaeque de causa ad hymnum Angelicum  
αγιος υιος id est ter Sanctum dictum, quar-  
tum sanctum adjiciebat, dicens Sanctus Deus,  
sanctus fortis, sanctus immortalis, cruci-  
fixus, ut sic sanctum Crucifixum à sancto forti  
immortali & filio Dei discriminaret.

2. Divinitatem faciebat passibilem, unde or-  
ta est secta Theopaschitarum.

3. Creato Episcopo Xenaia nondum baptiza-  
to, suo ut facinori excusationem texeret, docuit  
consecrationem illi esse instar baptismi, ideoque  
sufficere.

4. Cum Manichæis partim, partim cum Sa-  
bellianis & partim cum Eutichianis Cnaphæus  
conspirabat, quâ Camaleonicâ varietate ple-  
rumque hæretici commaculantur.

HÆRESIS XENAIÆ SIVE PHILO-  
ZENI ICONOCLASTARUM  
PRINCIPIS.

1. **X**Enaias Persa conditione servus Eutychetis  
ac Dioscori affecla, à Domino profugus  
in ecclesiam se contulit clericum se esse mentitus,  
cum nequidem baptizatus esset, qua de re certior  
factus Calendion Episcopus illum expulit.



ius autem Cnaphæus Xenaiam non modò in ec-  
clesiam recepit. Sed & Episcopum Hierapoli-  
tanum creavit affirmans consecrationem illi  
sufficere etiam pro baptismo.

2. Xenaias iste Primus vocem illam evomuit,  
Christi & eorum qui illi placuere imagines ve-  
nerandas non esse.

Vesuvius mons Campaniæ intestinis ig-  
nibus æstuans exusta evomuit viscera &  
Constantinopolim usque violentâ eructa-  
tione cineres ejecit. In cuius rei memo-  
riam pro avertenda ira Dei octavo Idus  
Novembris annua supplicatio haberi  
cepit.

S. Remigius Francorum Apostolus vi-  
ginti duorum annorum immaturâ adhuc  
ætate divinitus coelestis luminis radiis il-  
lustratus Rhemensis ecclesiæ in Gallia Epi-  
scopus eligitur.

\*(472.)\* Ricimer Rex Gothorum A-  
rianus Anthemium Imperatorem socerum  
suum enecat, cum iam antea idem Ricimer  
Olybrium Placidia maritum & senatorem  
creasset Augustum, qui tamen haud diu  
peracto scelere gloriatus post quadraginta  
dies defunctus est. Olybrius quoque sep-  
timo mense vitam peregit. Fuit autem  
Ricimer tantæ potentia, ut non solum in-

S

star



star mancipiorum habuerit Imperatores Occidentis, pro arbitrio eos tollens & subrogans, sed ecclesiam S. Agathæ intra urbis mænia, ipsis invitis Romanis Pontificibus sibi vendicaverit, in quam cum suis Arianis conveniret, quæ postea a S. Gregorio sacris expiata, catholicis restituta est.

✱(473.)✱ Glycerius Ravennæ invasit Imperium Gundebaldo hortante, quo imperante Ostrogothi sub rege Valamiro, ac fratribus ejus Theodemiro & Videmiro in duas partes secti sunt, occiso Valamiro: una secuta est Videmirū in Italiam, ubi degubat Glycerius: sed hoc defuncto, filium Patri cognominem Glycerius, in Gallias remisit ad Visigothos seu Gothos occidentales, quibus adjuncti Hispaniæ, & Galliarum partes occuparunt.

Theodoricus autem cum filio Theodorico Illyricum subiit & Theſſalonicam oppugnavit, à qua muneribus tantum depulſus est. Obiit relicto ſucceſſore Theodorico, cui nihil præter ſpem magnam reliquit.

✱(374.)✱ Natus ex Zenone genero Leonis Imperatoris, & filia ejus Ariadna filius Leo itidem nuncupatus, ab avo est nominatus Auguſtus, qui à tempore dignitatis



nitatis Augustæ vix decem mensibus elapsis, mortuus est eodem hoc anno, quo Leo senior Imperator vivere desuit. Fuit autem Leo senior Imperator omni genere laudis dignissimus, si exceperimus, quod cum hæreticis indulgentius egerit: dum Basilisco Verinæ conjugis Germano percipit, & Zenonem inexploratum sibi hominem, generum & administratorem Imperii cooptavit.

Zeno successit in Imperio Leoni, de quo suspicio invaluit, quod ipse filium suum Leonem Augustum dictum a seniore Leone, malis artibus sustulerit è medio, ut ipse solus, non ut tutor, & procurator sed ut Imperator summam rerum teneret. Fuit autem Zeno tam profligatæ libidinis ut regale quid esse existimaret in oculis omnium libidinibus belluinis indulgere, Largus quidem in pauperes, ita tamen ut quas manu unâ eleemosynas erogaret, alterâ ex subditorum bonis sine ulla misericordia & justitia raperet. Ex rapacitate illud etiam evenit, ut omnia Palatina officia publicè venalia exponeret: fuit insuper addictissimus hæreticis, qui & Fullo-nem expulso Martyrio restituit Antiocheno Episcopatui, & Timotheum Ælurum Alexandrinæ ecclesiæ sacrilegum invasorem cum honore revocavit.



✱(475.) ✱ Cum Rex Gothorum Euricus Arianus infesto exercitu non tantum regnum suum, sed hæresin etiam omnibus viribus propagare niteretur, Sidonius Avernensis civitatis Episcopus ope destitutus adversus armatam potentis tyranni ad orationem confugit, & triduum rogationum jam ante à Mamerto Viennensi Episcopo institutum, post paschalia festa celebrari solitum longè lateque propagavit, & exitus declaravit his armis Eurico superiorem fuisse, cum civitas Arvernensis nullo hostium impetu, aut vi capi potuerit, reliquis Galliæ populis stragem, excidia & direptiones omni ex parte sustinentibus: quamvis hæc ipsa civitas tandem pacis universalis compositione facta Gothis pacifice dedita fuerit.

Refertur hoc tempore inter gesta Arvernensis ecclesiæ non injucundum eximie castitatis exemplum, de viro & puella, qui conjuncti conjugio & in uno strato quiescentes perpetuam clam conservaverunt virginitatem, ac tandem, pari utrinque consensu separati invicem, vir quidem Clericalem, puella autem religiosum habitum amplexi sunt, cumque post aliquod tempus virgo demortua esset, & maritus jam clericus eam sepulchro solennibus ex-

equis



equiis conderet, & elevatis ad cœlum manibus Deo gratias agens contestaretur palam, se uti virginem acceperat, sic Deo suo ab omni contagio voluptatis puram & intaminatam reddere: Ipsa mortua subridens *Sile* inquit *Sile vir Dei, quia non est necesse ut nemine interrogante secretum nostrum fatearis.* Cum verò haud multò post etiam vir defunctus esset, & eâdem basilica diverso sepulchro conditus fuisset, mane factò inventa sunt sepulchra conjuncta, quæ postea sic perdurârunt, & incolæ hos *Duos amantes* vocârunt, summoque honore venerari cæperunt.

Accidit ibidem, ut Virgo aliqua, pudoris illibati *Georgia* dicta, cum funebri Pompâ efferretur, habuerit in comitatu suo gregem candidarum columbarum, defursum advolantium, super tumbam, eaque sepultâ pulchro ordine ad cœlum remeantium.

*Timotheus Ælurus* prorsus effreni furore bacchatur *Alexandriæ*, expulso Orthodoxo Episcopo ejusdem nominis *Timotheo* & cognomento *Solofaciolo*: Idem facturus *Constantinopoli*, *Zenone* hæretico multum favente, nisi Clerus & populus Catholicus vires, vitam, fortunas omnes opposuissent, omni prorsus aditu ad eccle-



ecclesias prohibito, & represso. Qui cum videret percurrere non posse, usitatâ hæreticorum fraude usus, Oecumenicam Synodum cogi à Simplicio postulavit: ad hæc omnia in gratiam Zenonis tacente, Acacio Episcopo Constantinopolitano, cujus officium fuisset adversus lupum insurgere & clamare. Sed inutilis mercenarius obmutuit, & tantum veniente lupo non fugit.

\*(476.)\* Simplicius Pontifex scribit Zenoni Imperatori, & Acacio Episcopo Constantinop: & ad opprimendam Arianæ audaciam adhortatur; nec ullâ ratione ad Oecumenicum concilium cogendum inducitur, asserens, id non facile ob quas-cunque indisciplinatorum Episcoporum insolentias fieri debere.

Orestes à Julio Nepote Magister militum creatus exiens Româ, quas acceperat copias in Dominum convertit, veniensq; Ravennam filium suum Augustum Momylum seu Momylum dictum, creat Imperatorem, acclamante exercitu, qui postmodum nuncupatus est Augustulus, vel ex convicio, vel ne bis repeti deberet Augusti nomen, si, quod nomen ei erat, Augustus, & quod ex dignitate imperatoria ei conveniebat, iterum Augustus nominare.



retur. Julius autem Nepos in Dalmatiam fugit, qui verò partes Nepotis sectabantur Odoacre Etulorum regem, ex ultimis glacialis orbis partibus novum orbis flagellū, à Deo jam paratum in Italiam advocârunt. Cujus adventu moveri & misceri omnia ceperunt, tantâ confusione, ut de nullo tempore minùs ordinatè historici scripserint, & silentio pleraque involverint. Certum est tunc temporis Orestem & Paulum fratrem ejus, qui Augustulum Cæsarem creârunt, extinctos esse. Augustulum autem ab Odoacre, in Campaniam relegatum, Galliam quoque divisam fuisse in Tetrarchiam inter Gallos, Francos, Burgundiones Romanosque: & Romanos quidem minimam particulam ac precariò quidem retinuisse.

De Odoacre illud memorandum, quamquam Arianus esset, nullum tamen negotium Ecclesiæ Catholicæ fecerit in rebus sacris; imò etiam multa Episcopis Catholicis petentibus indulserit. Ac nominatim S. Severinum Noricorum Apostolum valde coluit, quòd ei longè ante vilissimo tunc habitu juveni, regnum Italiæ prænunciasset. Sed & illud admirandum est, cum universus orbis Christianus hoc tempore sub hæreticorum Principum dominio



constitutus esset, & nullum penitus Catholicum Regem alicubi saltem exiguae provinciae dominantem haberet, Odoacre Ariano Italiam, Burgundis & Gothis Principibus Arianis & Francis, tunc adhuc gentilibus Galliam, Africam Wandalis Arianis, universum ferè Orientale Imperium Zenone Eutychiano, totum denique orbem dominatu diviso hæreticis moderantibus, stetit tamen & perduravit Romana Orthodoxa Ecclesia, Portis Inferi nequaquam prævalentibus.

Basiliscus frater Verinæ Imperatricis, ejusdem anni consul in Oriente, Constantinopoli tyrannide insurgit adversus Zenonem, (Deo hoc flagello castigante hæreticum Imperatorem, qui Timotheum Ælurum, carnificem illum & parricidam sacrilegum in illam ecclesiam intrusit) expulsus Zeno cum Ariadna uxore confugit in Isauriam, ibique, ad mortem quæsitus à Basilisco, eo miseriarum devenit, ut in locis desertis æcolis incognitus degeret, & coactus interdum pane deficiente, herbas tanquam alter Nabuchodonosor manducaret, sicut ei antea Daniel Stylita prædixerat: Basiliscus autem Imperator declaratus Marcum filium suum Cæsarem, & Zenonidem suam conjugem Augustam constituit.

Basil-



Basiliscus autem, quanquam & ipse ad castigandum Zenonem flagellum esset, Zenonem tamen impietate & sceleribus superavit. Fuit enim Persecutor Orthodoxorum sceleratissimus, impellente maxime & veluti Erinni infernali vipereum virus afflante Zenonide conjuge, quantum pro Timotheo Æluro, pro Cnaphæo Fulione, aliisque impiissimis hæresiarchis revocandis & intrudendis in Episcopales sedes æstuavit, tantum in eos, qui hæreticis se se opponebant, defæviit: expertus est barbaram crudelitatem inter alios Plato Cubicularius, quem ideo vivum comburi jussit, quod Timotheo Æluro restiterit.

Dum inter has furias Basilisci Ælurus die quodam insolentiùs triumpharet, & in Catholicam Ecclesiam Basilisci mandato Arianis primâ vice apertam, magnâ pompâ equo sublimis duceretur, magnâ Dei providentiâ accidit, ut superbus thraße cadens ex jumento, quo vehebatur, fracto crure domum referretur.

Acacius Episcopus Constantinop. inter hos turbines litteris Simplicii Pontificis plurimum animatus ad resistendum Basilisco sanctissimos quosque Catholicos Episcopos convocat. Quos inter etiam Daniel



niel Stylita multis precibus rogatus atque etiam cœlesti voce de columna descendere iussus. comparuit. Et posteaquam Basilisci impietatem palam sæpius arguisset, populum prodigiis multis in fide Catholica confirmasset, & tyranni interitum prædixisset, ad columnam remeavit. Quo tempore plebs furiosa exactionibus immodicis contra Basiliscum exacerbata superposito igne florentissimam urbis partem, in invidiam tyranni incineravit, quo incendio Bibliotheca celeberrima continens librorum millia centena vicena consummavit, quos inter servabatur etiam Draconis intestinum pedes centum vigintilongum, cui Homeri Ilias & Odisea aureis litteris cum historia rerum ab Heroibus gestarum inscriptæ fuerunt.

Basiliscus cum se adeò exosum videret populo, Clero, monachis, Acacio Episcopo & passim omnibus, vim insuper maximam addentibus tum Simplicii Pontificis litteris, tum Zenonis è latebris prodeuntis & collecto exercitu vires resumentis metu, ex improvviso Catholicus apparere cæpit uti Saul inter Prophetas, leges contra Catholicos revocavit, hæreticos econtra decretis damnavit, & Acacio, ac Clero se cum Zenonide conjuge sua in eccle-



ecclesia expiavit, & nihil quo resipiscen-  
tiam contestaretur, larvatâ hypocrisi  
facere omisit.

Gensericus Rex Wandalorum vitâ fun-  
gitur, cum regnâset annos 37. & de urbibus  
duabus potentissimis totius orbis Cartha-  
gine & Româ, quarum expugnator fuit,  
trophæa erexisset, quæ fortuna nulli re-  
gum evenit.

\*(477.)\* Zeno cum copiis imminet.  
Constantinopoli, quibus occurrens dux  
Basilisci Armatus sive Armaticus ( præfe-  
cturæ militaris & Cæsaris dignitate filio  
promissâ ) in Zenonis partes transit, quo  
audito fugit in ecclesiam Basiliscus cum  
uxore, sed inde retractus ab Acacio & Ze-  
noni traditus est, missusque in castrum  
Limnas Capadociæ, hyemis tempore cum  
uxore & filiis, edicto simul divulgato, ne  
ab ullo aut vestibibus aut cibariis juvarentur,  
quare se mutuo complectentes cum mul-  
tis lacrymis frigore & inediâ confecti  
periêre.

Neque proditio bene cessit Armato:  
eum enim filius ejus Cæsar à Zenone di-  
ctus esset, statim pater cædi jussus est, &  
filius Clericus attonsus, postea felicius Li-  
zyçi Episcopus creatus est.

\*(478.)\* Zeno recepto imperio mul-



ta laudabiliter ad mentem Simplicii Pontificis peregit pro bono ecclesiæ, hæreticos exterminavit (quos inter Ælurus, ratus Zenonem verè Catholicum esse, veneno hausto sibi mortem conscivit) S. Thecla martyri, quæ ipsi in exilio apparuit, & reditum in Imperium prædixit, amplissimum templum prope Seleuciam in Isauria construxit, Orthodoxos magno honore restituit, & favoribus suis respirantem ecclesiam recreavit.

Timotheus Solofaciolus honorificâ legatione, ad simplicium Pontificem missa petiit absolutionem à delicto, quod gladiis Eutychianorum compressus coactus fuerit nomen impiissimi Dioscori ad altare dicere, petiit insuper veniam pro multis aliis Episcopis, qui ab Æluro seducti durante persecutione in hæresin inciderunt. Ex quo apparet absolutionem à crimine hæresis jam tum Romano Pontifici reservari solitam, vel iis quibus ipse jam facultatem delegasset, neque ausum fuisse ex inferioribus sacerdotibus, quemcunque tantam sibi potestatem arrogare.

✱(479)✱ Orthodoxi Antiochiæ novis turbinibus ab Eutychianis exagitantur, cum enim Stephanus Episcopus Catholicus in magna Ecclesia sacram synaxin solenni-



lenniter celebraret, Eutychiani armati irruentes sacerdotes sævissimè trucidarunt, & ipsum Stephanum præacutis calamis ad similitudinem hastarum confecerunt, & corpus ejus in Orontem amnem projecerunt. Et hæc quidem immanissimè patrata sunt impulsore Cnaphæo Fullo- ne, qui ab ejus ecclesiæ sede, quam invaserat dejectus, nimis inconsultè in civitate degere permissus est, frustra reclamante Pontifice & jubente ut pestis illa longissimè transportaretur. Ipse tamen Imperator, in sacrilegos immisiss militibus facinus quamprimum vindicare non destitit, quem etiam Simplieius Papa vehementer obtestatus est, ut è finibus Romani Imperii nefandos illos hæreticos exterminaret.

✱(480.)✱ Hunnericus Wandalorum & Alanorum in Africa Rex, acceptâ legatione Zenonis Imper: potestatem permisit Ecclesiæ Carthaginensi post intervallum viginti quatuor annorum novum Episcopum eligendi hac conditione, ut Constantinopoli & per alias provincias Orientis Arianis daretur facultas ritus suos in Ecclesiis publicè celebrandi, quod si negaretur, minatus est, se omnes Clericos & Episcopos Afros ad Mauros relegaturum: cum vero Clerus recusaret hac conditione



ditione Episcopum acceptare, Populus  
desiderio pastoris habendi tandem pervi-  
cit, ut Eugenius vir sanctissimus, & omni  
virtutum laude ac præcipuè misericordiâ  
in pauperes insignis ordinaretur.



DECAS IX.

✻ A 480. ad 490. ✻

481. **H**unnericus Wandalorum Rex fe-  
 ☆ **H**rocire volens in Ecclesiam primò  
 sæviit in domesticos absq; ullo religionis  
 discrimine, præsertim in eos qui Theo-  
 dorico fratri suo, quem unà cum uxore  
 ac liberis interfecit, chariores erant, quos  
 inter Jocundum Patriarcham Arianum,  
 quia fratri præ cæteris in amoribus erat,  
 vivum concremavit. Qui autem ad Ca-  
 tholicam religionem transierant, omnes  
 falsis criminationibus accusatos, vario ge-  
 nere crudelitatis interemit.

✠(482.)✠ Tum vi apertâ, tum astu-  
Acacio præcipuè Constantinopolitano,  
qui doloso cinere ignes tegebat & Zenoni  
adulabatur, operante, piis abactis præse-  
libus passim hæretici Episcopi in Ecclesias,  
intruduntur.

Zeno Imperator falso prætextu Unio-  
nis



nis inter Episcopos & diversas religiones  
constituendæ, reipsâ autem desiderio hæ-  
reses promovendi & Orthodoxos extir-  
pandi, ipse Laicus homo de fide decretum  
fancire audet, quod HENOTICON ap-  
pellavit sive *Unitivum*, quasi unionem in-  
trodúcere per hoc studiosissimè labora-  
ret & omnibus Episcopis Monachis ac  
Clericis illud acceptare & subscribere de-  
tractantibus anathema infligit, in decreto  
illo finxit se reipsâ trium synodorum Oe-  
cumenicarum acta confirmare, Nicenæ &  
Constantinopolitanæ Ecclesiæ, sic ta-  
citam Chalcedonensis synodi abrogatio-  
nem immiscuit qui apertè hæreticus audi-  
re noluit. Cum verò fraus non succede-  
ret, apertè etiam Chalcedonensem syno-  
dum approbare cæpit, & Catholicos Epif-  
copos qui reipsâ piissimè dictæ synodi de-  
finitiones tenebant ecclesiis suis ejecit,  
quasi refractarios synodo Chalcedonensi  
contrarios & fraudulenta tyrannide hære-  
ticos, & de quibus constabat publicè, quòd  
nihil minùs, quàm synodum illam appro-  
barent, intrusit. Sic Cnaphæus, sic Petrus  
Mochus, sic alii impii & rapaces lupi con-  
stituti sunt ovium custodes. Dum autem  
hac fraude uteretur ad Catholicos decipi-  
endos ex suis quoque perdidit quàm plu-  
rimos,



rimos, effecitque, ut edito a se Henotico adhærerent contra voluntatem suam. Qui deinde Acephali dicti sunt, eò quòd sub nullo Patriarchâ certo & sic sine capite seorsim convenirent.

## HÆRESIS ACEPHALORUM

*Qui etiam*

**DIACRINOMENI** *sive* **HÆSITANTES**  
appellati sunt.

**F**uerunt fautores Petri Mochi heretici & Alexandrini Episcopi, cum verò Mochus apertò anathemate non vellet ferire Chalcedonense Concilium, accomodans se edito Henotico Zenonis, in quo nec ipse Imperator manifestè, sed tantum tacitè concilium illud reprobarit, sic Mochum suum deserentes sectam suam inter se foverunt, & ex luto discordiæ ac heresis nati scarabei in suo nido colluserunt. Præcipuus autem illorum error erat in impugnanda cum Eutychete duarum Christi naturarum distinctione: & quemadmodum in hoc, sic etiam in aliis cum eodem heresiarcha insaniebant.

✠(483.)✠Simplicius excedit è vita, cui felix hujus nominis III. subrogatur, qui statim collecto Romæ 42. Episcoporum concilio Zenonis ENOTICON damnat, & Acacium Constantinop. Episc. de non defensa fide arguit, legatos mittit ad tur-

bas



bas in Orientali Ecclesia componendas,  
& rem Orthodoxam promovendam.

Hunnericus Wandalorum Rex, ut tantò protervitiis sæviret dirissimis quæstionibus sacras Virgines subjecit, ut ab eis falso extorqueretur, Episcopos & Clericos cum eis agere impurè consuevisse, ut ex hac causa persecutio inferri posset, quâ immeritâ & iniquissimâ calumniâ prætextâ 4966. Episcopos & Clericos ex Africa in exilii desertum à Mauris crudelissimè rapi mandavit: quos inter Felix Abdiritanus Episcopus quadraginta quatuor annis Episcopali munere piissimè & laudabilissimè defunctus, cum Paralyti percussus, & membrorum usu destitutus iumento vehi non posset, ex adverso super burdone vinctus trunci adinstar toto itinere deportatus est. Sed non tantum tempestas hæc involvit Clericos, alii quoque innumeri in exilium expulsi, vel tormentis excruciat, squaloribus consumpti Martyrium glorioso agone consummaverunt.

\*(484.)\* Legati à Simplicio missi Constantinopolim ad Zenonem & Acacium, captivi, quamprimum & vincti detenti sunt, sublati scriptis, quæ secum ferebant, ne illa Catholicis innotescerent, qui ut libertati restituerentur, blanditiis ab  
Acacio



Acacio inducti eidem contra Pontificis  
mandatum communicarunt, & absque  
contradictione audierunt in Ecclesiæ sa-  
cris Diptychis nomen nefandi hæretici  
Petri Mochi inuasoris ecclesiæ Alexandri-  
næ commemorari, & sic seducti atque  
perverſi Romam remissi sunt: ubi patefa-  
ctis per monachos quosdam Acæmetas, his  
quæ perperam acta sunt à Legatis, convo-  
cato concilio tum Legati, tum Acacius  
tanquam manifesti hæretici declarati  
sunt, & damnationis sententia Constanti-  
nopolim missa est. Quamcùm ille Impera-  
toris favore suffultus suscipere recusaret,  
coacti sunt qui eam detulerunt, per quen-  
dam ignotum monachum Acæmetensem  
ipsam, dum ingrederetur Acacius ad cele-  
branda sacra, in ejus Pallio suspendere, &  
se ex conspectu eripere: Perrexit tamen  
obstinatissimè Acacius, licèt Anathematis  
vinculis alligatus sacra peragere, & eò per-  
venit insanix, ut nomen Felicis Papæ vin-  
dictæ cæstro ex sacro Albo eraserit, mona-  
chos carceribus, vulneribus, exiliis, & neci-  
bus affecerit: quod ipsum à Fullone & Mo-  
cho aliisque per totum Orientem factum.

Sed & alibi tempestas ingens turbavit  
Ecclesiam. Hunnericus Rex Wandalo-  
rum Arianus ad disputandum ex universâ  
ditione



ditione suâ convenire iussit Episcopos Catholicos & Arianos, non ut mederetur vulneri Ecclesiæ inflicto, sed ut dolorosum vulnus crudeliùs exasperaret. In hoc conventu Ariani Episcopi cum se à Catholicis mox vincendos & confutandos errores suos prænôssent, ac causæ diffiderent, falsò Regi suggererunt Catholicos tumultuari, nec disputare velle, ideo Rex mandatum promulgavit, quo per totam Africam omnes ecclesiæ Catholicorum uno die clausæ sunt, & Catholici omnes iisdem poenis mox subjecti, quas Imperatores adversus Arianos & alios hæreticos unquam decreverunt, nisi desertâ fide ab Arianis rebaptizarentur. Episcopi autem convocati ad disputandum omnibus rebus expoliati, dirissimè passi, ad diversa loca relegati ad agros exercendos & ligna cædenda, aliâque dura & contempta opera applicati.

Eugenius Episcopus Carthaginensis & omnium Primas in eremum deportatus & crudelissimo omnium Arianorum Episcopo Antonio cujusdam civitatis quæ eremo proxima erat, vexandus traditus est. Uniusversus deinde Clerus Carthaginensis cæde & inediâ maceratus: ferè quingenti exilio consumpti, vel interfecti sunt, & tantò quidem



quidem Rex impius ferocius sæviit, quanto vidit amariore animo à multis sanctis confessoribus ad confirmandam Orthodoxam fidem miracula varia patrari.

Accidit eodem tempore, ut Cyrola Arianorum Antistitum Princeps, Eugenii qui cæcū illuminavit, gloriam æmulatus, hominem pretio conducere, qui se cæcum fingeret & prætereunte magno comitatu Cyrolā ab eo illuminari vellet: quod ubi factum, & Cyrola cum solenni Arianæ fidei contestatione, manum oculo simulati cæci admooveret, confestim reipsā talpā cæcior factus supposititius ille nugator palam cæpit aperire fraudem Cyrolæ & mendacem thaumaturgum cum suā hæresi Arianā execrari & abominari; Eugenius autem seriā pænitiā resipiscenti signo crucis visum restituit.

Illud quoque inter insignia multorum martyria & miracula passim hac persecutione à sanctissimis confessoribus patrata valde admirandum, quod in Typasensi Mauritanix civitate contigit, cum iussu Regis, plurimis Catholicis Ariano ejus civitatis Episcopo communicare detrectantibus, linguæ radicitus abscissæ essent, iidem nihilominus spiritu sancto operante, ita absque linguis articulatè, quamdiu vixerunt,



xerunt, locuti sunt, ac si integrâ linguâ pollerent.

Post hæc totam Africam (Deo scelera Arianæ perfidiæ duplici flagello castigante) dira fames & pestis depopulata est. Et Hunnericus Rex veluti Antiochus quondam & Herodes putrefactis visceribus à vermibus consumptus, ac demum, quod Gregorius Turonensis scribit, à dæmone arreptus propriis se se morsibus laniavit, & turpissimam animam efflavit. Cui Gundabundus, ab aliis Rodagifus, paulò mitior, successit.

Eodem anno alius quidam barbarus Princeps idemque Arianus, infamis Ecclesiæ persecutor in Gallia mortuus est. Euricus. Rex Gothorum, quoque haud dissimili ultione à Deo percussus interiit. Cui successit in Regno Alaricus.

✱(485.)✱ Defuncto Childerico Francorum Rege apud Parisios in Galliis regnante, filius ejus Clodoveus, (nonnulli Ludovicum appellant) successit. Sic igitur Imperio Romano Occidentali collapsò, & barbaris triplicis generis Gallias occupantibus, Gothis, Francis & Burgundis divinâ demum providentiâ factum est, ut ejus tantummodo gentis regnum ad posteros feliciter propagaretur, penes quam  
vera



vera religio esset venustius germinatura. Cujus in Childerico flores apparuerunt, in Clodoveo collecti sunt fructus. Coluit ille quanquam Ethnicus adhuc S. Genesivum, veneratus S. Remigium Rhenensem Episcopum, eique amplissimas villas donavit, quas Remigius in pauperes erogandas curavit.

In tenebris Orientis, quas hæreses inducebant, veluti clarissimum lumen apparuit, in insula Cypri inventum corpus S. Barnabæ una cum Evangelio S. Matthæi ad pectus ipsius appposito & ab eodem manu propriâ olim conscripto, quo vera Christi Humanitas potissimum comprobatur in opprobrium hæresis Eutychianæ tunc in Orientali ecclesiâ grassantis, ipso S. Apostolo Anthemiæ Salaminæ Episcopo locum, in quo corpus conditum servabatur, cum signis & miraculorum virtute revelante.

✱(486.)✱ Sidonius Apollinaris Arvernensis Ecclesiæ Episcopus diem obiit vir omni litteraturâ sacrâ & profanâ excultissimus: de quo Gregorius Turonensis meminit ipsum ante suum obitum graviter vexatum fuisse à duobus illius ecclesiæ Presbyteris, qui sublatâ ei omni potestate à rebus ecclesiæ, arctumque ei victum & tenuem



veniem relinquentes, ad summam contumeliam & contemptum redegerunt. Quos acererrima mox vindicta consecuta est, alter enim ipso die quo Sidonium de ecclesiâ extrahere decreverat, dum in secessu ventrem purgare niteretur spiritum exhalavit, atque sic Sidonius pristinae libertati restitutus est, ac paulò post sancto fine quievit. Alter verò post ejusdem obitum Episcopatum usurpare præsumens dum in medio convivio, quod sumptuosissimum civibus paraverat, calicem bibendum manibus teneret, divinitus ad experendam cum Sidonio causam citatus, elapso de manu calice mortuus corruit.

\*(487.)\* Theodoricus Amalus Rex Gothorum perfidus & ingratus in Zenonem, conatur ei Orientale Imperium surripere, hostilibus armis invadit & Constantinopolim in discrimen adducit. spe tamen suâ frustratus desinit.

Redditâ à Gundabaldo Ecclesiæ pacem, illarum Episcopi Africani, Clerici & monachi, qui metu persecutionis & tyrannidis à Hunnerico contra Catholicos exercitate, in hæresim lapsi sunt, reconciliantur. Qua de causâ celebratum est Romæ Concilium, in eoque decretum, ut quoad vitam, Episcopi ab omni Ecclesiasticâ dignitate

nitate



nitate & communione perpetuò exclusi, reliqui autem inferioris Ordinis Clerici per septem annos poenitentes peregrinæ tantum communicationis participes essent, quod idem statutum est de Monachis & Laicis.

✱(488.)✱ Acacius Constantinopolitanus Episcopus in anathemate suo perseverans moritur, de quo Suidas tradit, tantæ fuisse arrogantiae virum, ut fineret suas adhuc viventis imagines in Ecclesiis dedicari, quod de nullo ante eum Episcopo vel lectum vel cogitatum fuit. Successit autem Acacio Flavitas, quem alii Flavianum appellant, hæreticus pessimâ fraude. Cum enim Imperator chartam puram in Sacro altari posuisset, Deo supplicans ut per Angelum in eâ nomen scriberet, quem Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfici vellet, atque ad eam rem impetrandam, quadraginta dierum jejunium indixisset, egit Flavitas cum templi custode multo auro, ut in eâ Charta nomen Flavitæ scriberet. Verum evedus per has fraudes in Thronum Episcopalem, vindictâ divinâ agente, post quatuor menses repentinâ morte extinctus est, & custos templi patefactâ fraude punitus; & concessa est Episcopis libera eligendi facultas.



*Ab anno 400. ad 500.*

438

✱(489.)✱ Euphemius Catholicus eligitur Episcopus Constantinopolitanus, qui Concilium Chalcedonense quidem amplectitur, sed Acacii nomen ex dyptichis sacris auferre tergiversatur.

Theodoricus Amalus Gothorum Rex perumpit in Italiam, & Odoacrem cum exercitu occurrentem iteratis præliis vincit.

Clodovæus Francorum Rex vincit Syagrium, qui Sueffionensem tenebat civitatem, fugientemque ad Alaricum Wisigothorum Regem, qui aliam Galliarum partem occupabat, repetit & traditum occidit.

✱(490.)✱ Circa hunc annum complures viri Sancti in Hybernia elucescunt. Aurelius Britannorum Rex memorabilem de Engisto singulari ope Numinis victoriam reportat, & ut gratias DEO pro ea referret, profanatas à Saxonibus ecclesias hostium spoliis ditavit.



## DECAS X.

✱ *Ab anno 490. ad annum 500.* ✱

491. **Z**eno Imperator (Pelagio insigni viro & Patricio qui impietatem ejus arguere ausus erat, ideóq; fractâ gulâ suffocatus est, ad justum Dei judicium provocante) morte, impietate suâ condignâ

T

gnâ



gnâ extinguitur, postquam annos septendecim imperâset, morbo Comitali quo crebrò laborabat arreptus, sive nimia crapulâ vel ebrietate sopitus, ut scribit Zonaras, vel aliâ ægritudine repentinâ afflitus, & pro mortuo habitus, vivus sepultus est. Cùm verò è sepulchro audiretur lamentabiliter domesticos & satellites implorare, ut inde educeretur non ad Imperium, sed monasterium, prohibente Ariadnâ uxore, cui invisus esse cœperat, ne quis monumentum aperiret, misere periiit, sui ipsius lacertis & caligis, quas gestabat, comestis, ut postea monumento recluso compertum est.

Zenoni absque liberis defuncto, excluso quoque Longino ipsius fratre perditissimis moribus homine, ab Ariadna suffectus est Anastasius, nondum Ordinis Senatorii, sed assumptus è *Schola Silentiariorum* (sic appellabantur qui in Palatio Imperatoris militantes, ea quæ sunt quietis, curabant) quæ res movit suspicionem haud levem, evectum eum fuisse ab Ariadna ob turpem amorum commixtionem: Et Euphemius Constantinopolitanus nullâ vi adigi potuit, ut eum coronaret, hæreticum appellans & indignum qui Christianis imperaret, nisi prius scriptam ab eo referret fidei Orthodoxæ professionem &



& Chalcedonensis Concilii approbationem. Sic ab Euphemia repressus. saltem ad tempus Catholicum se exhibuit, alioquin valde lætantibus Manichæis & Arianis, eò quod mater Anastasii esset Manichæa, & Clearchus ejus avunculus, Arianus.

Non diu sub larva pietatis, quam initio sui Imperii præferebat, latere potuit malitia Imperatoris, quin manifestis sceleribus proderetur. Ut primum enim stabilitum imperium vidit universum Imperium aristocratiam effecit, magistratus omnes vendendo, inexplebili pecuniæ cupiditate incensus, quâ provincias diripuit, ac subditos omnes expilavit. Et Promotum esse ad Imperium in summam Ecclesiæ desolationem in ipso fere Imperii exordio prænunciavit, cum bellum plebeium inter Byzantios exortum esset magnâ populi & urbis devastatione, quâ maxima pars urbis combusta est.

✽(492.)✽ Felix III. Pontifex Romanus ex hac vita decedit, cui subrogatus est vir doctissimus Gelasius filius Valerii, qui mox honorificis litteris Anastasium Imperatorem salutavit, sed responsorias non accepit.

Anastasius stabilito regno insolentior factus ab Euphemia sibi restitui cupit profectio-



cessionem fidei à se scriptam, eo prætectu,  
quòd videret Concilium Chalcedonense,  
à nonnullis reijci, ab aliis recipi, & in-  
de plurimas oriri dissensiones, ad quas se-  
dandas iussit, ut unusquisque secundum  
consuetudinem ejus loci, ubi degeret, de  
eodem Concilio sentiret, cæterum de il-  
lo nemo disputare præsumeret. Ex quo  
apparet Anastasium neque Manichæum,  
neque Arianum fuisse, sed *Acephalorum*, vel  
*hesitantium* sectæ.

✱(493.)✱ Theodoricus Amalus Rex  
Gothorum Ravennam, & in ea Odoacrum  
obsidione cingit, atque urbis Episcopo  
mediatorem agente, ita cum Odoacre  
convenit, ut ambo æquâ sorte in illa urbe  
viverent, & regno pariter potirentur.  
Quibus conditionibus aliquamdiu serva-  
tis Theodoricus ad Epulas invitatum O-  
doacrum fraudulenter occidit, posthæc  
Theodoricus reliquis suis hostibus con-  
ciliatis, integrâ potitus Italiâ, pacem per  
legatos ab Anastasio petiit & impetravit,  
& foedere cum Regibus aliis firmato ani-  
mum rebus politicis moderandis penitus  
adjecit, usus potissimum operâ, magni  
Aurelii Cassiodori Senatoris, viri doctissi-  
mi & amplissimi. Et tametsi Arianus es-  
set, Catholicos tamen omni officiorum  
genere benevolentissimè prosecutus est,  
&



& ostendit ægrè se ferre, si quis in ejus gratiam ad Arianos transfiret, quem etiam tradunt aliquando ministro cuidam, infano amore, dilectissimo ea de causa caput amputasse, ac dixisse: *Si DEO fidem sinceram non servasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam præstabis?* Aliaque multa proclara gessit, quibus Italorum animos sibi conciliavit.

Pelagiani Dalmatiam, & Picenum suâ hæresi infestârunt. Quamobrem graviter Gelasius arguit Picenî Episcopos de ipsorum oscitantia, præcipuè autem, quòd paterentur à Seneca quodam carioso sene, homine rudi & illiterato, in una eademque congregatione puellis sacris misceri monachos: asserebat enim tantam vim inesse hominis liberæ voluntati, etiam sine adjutorio Dei, ut, si vellet, posset inter adolescentulas versari, contrectare, & tamen nullatenus inquinari.

✱(494.)✱ Euphemius Constantinopolitanus Episcopus iteratò admonitus à Gelasio, ut Acacii nomen ex diptychis eraderet, magis obduruit, causatus scilicet non de fide, sed tantùm de moribus altercationem esse inter se & Romanum Pontificem, ac per Sedem Apostolicam magis exerceri vindictam, quod ab Acacio sprete esset, quam defendi justitiam.



præsertim cum ipse contra Orientales hæreticos fidei Catholicæ acerrimum ageret defensorem, & Concilium Chalcedonense tutaretur; quæ responsio Gelasium impulit, ut Romæ septuaginta Episcoporum Concilium congregaret, in quo ad reprimendam Constantinopolitanorum Episcoporum, se supra alios erigentium præsumptionem, præter alia multa de primatu Ecclesiæ Romanæ supra alias ecclesias voce Domini instituto decreta edita sunt; & inter hæresiarchas ac schismaticos Acacius quoque anathematis sententia denuò innodatus est.

Clodoveus in Gallia Rex adhuc paganus uxorem ducit Crotildem, seu Clotildem Christianam fœminam, filiam Gundebaldi Regis Burgundionum, per quam etiam ipse postea ad Christi veram fidem maximo ecclesiæ incremento adductus est. Voluit autem Deus tanti conjugii primitias sibi offerri, cum primogenitum filium ex ea natum & baptizatum à Clotilde, ac *Jugomerem* nominatum matrâ morte eripuit. Unde Rex commotior factus in Clotildem, quasi ob Baptismum impertitum, à Diis offensis puer subtrahus esset, vehementer eam increpavit; Clotildis autem DEO vero confisa edidit secundò genitum eundemque bapti-



ptizavit & Clodomirum appellavit, quo  
ægotante, acerrimè iterum à Rege re-  
prehensa confugit ad preces, & sanitatem  
impetravit filio, & marito Religi onis Chri-  
stianæ æstimationem ingeneravit.

S. Benedictus Magnus monachorum  
Patriarcha & Occidentalis Ecclesiæ decus  
Nursiæ nobili genere ortus, ac Romæ lit-  
teris operam navans, ex urbe discessit, &  
altioris vitæ institutum sectaturus, ad lo-  
cum, qui dicitur Sublacus, juxta Simbrui-  
nos montes, in altissimam speluncam pe-  
netravit, in eaque sic per triennium deli-  
tuit, ut unus id sciret Romanus Mona-  
chus, quo ad vitæ necessitatem ministro  
utebatur. Sed Dei revelatione & virtu-  
te miraculorum notior factus, vitæ suæ ex-  
emplo tam multos in sanctum vitæ institu-  
tum pertraxit, ut brevi duodecim à se ere-  
cta monasteria monachis repleret.

✠(495.)✠ Euphemius sibi prima-  
tum supra Orientales ecclesias vendicans,  
eo titulo, quòd tunc Constantinopolis urbs  
regia esset, nullis Gelasii Papæ dehortatio-  
nibus acquiescens, tandem justo DEI  
judicio ab ipso hæretico Imperatore  
Anastasio compescitur, & Sede suâ ex-  
turbatus in exilium relegatur, tum quia  
Isauris favit, Imperatore bellum contra  
eos gerente, tum quia Imperatori ad kn-



perium evecto comminatus fuit, se illum in ordinem redacturum & inter tonsuratos connumeraturum, si perseveraret hæreticus esse. Ob quæ Euphemius merito gloriosum Confessoris titulum consecutus fuisset, si in cæteris Romanæ Ecclesiæ se se fidelem & obedientem præstitisset; at verò propter obstinatem etiam ex his tam laudabiliter factis promerita gloria ita obscurata est, ut qui nomen Acacii ex Diptychis eradere noluit, suum nequidem nomen in eisdem conservaverit, expunctus ex Albo sacro, & schismaticorum notâ fœdatus: Cui in Sede Macedonius vir pius & Religiosus successit.

✽(496.)✽ Gelasius scriptis, & præclare gestis clarissimus Pontifex optimè de Ecclesia meritis diem obit, & Anastasius II. Patriâ Romanus, Pontifex creatur.

✽(497.)✽ Anastasius Pontifex legatos mittit Anastasio Imperatori pro pace in Ecclesia componenda, quos Imperator dolosè spe pacis detinuit molitus interea, si quo modo posset Pontificem inducere ad subscribendum Henotico, sive Unitivo, vel ut alii appellant Pacificatorio Zenonis, & referunt Historici quidam, quasi Pontifex ad id faciendum propensior jam fuerit, sed quòd admirabili divinæ providentiæ adscribendum est, morte præventus



tus fuerit. Observatum id enim est, quòd Deus titubantem Ecclesiæ Rectorem prius ab humanis subduxerit, quàm exequeretur aut decerneret, quod meditaretur.

### SECTA PACIFICORUM.

**M**emoratum est suprà, quòd Zeno Imperator Eutychetis ac Dioscori hæresi imbutus condiderit editum HENOTICUM sive pacificatorium, quo inducti fuerunt tum Catholici ad aliquid de veritate fidei remittendum; tum hæretici Eutychiani ad aliquam partem vanitatis suæ rejiciendam, ut ad commentitiam pacem utrique pertingerent, hinc quidem Eutycheti anathema dicendo, illinc verò Chalcedonense concilium, in quo error ejus damnatus fuerat, conculcando. Unde res eo devenit ut prælatus quilibet, faceret in sua ecclesia quicquid lubebat. Quam prætentam pacem ubi Anastasius Imperator amplexatus est, neque promulgatum fuit in ecclesia Chalcedonense concilium, neque ab universis rejectum, distique sunt plerique specioso nomine PACIFICATORES, reipsa conturbatores.

✱(498.)✱ Anastasius Papa moritur, antequam Festus Patricius Romam venisset, ut præstaret, quod Imperatori pollicitus fuerat suafurum se Romano Pontifici subscriptionem Henotici Zenonis. Falsum igitur est, ex calumniis schismaticorum depromptum mendacium, quòd

T s

Anz-



Anastasius Papa fulmine percussus interierit, ut quidam temere scribunt, aut ignoranter, confundentes Anastasium Pontificem cum Anastasio Imperatore, qui aliquot annis post fulmine tactus occubuit.

#### SCHISMA LAURENTIANUM.

**F**estus elapsa occasione id quod promiserat in Anastasio, in successore ejus efficere attentavit. Cum enim post Anastasij obitum die quarto in Basilica Constantiniana legitime ex Diacono Romano Pontifex creatus esset, Symmachus natione Sardinus, eodem die agente Festo, inimico homine super seminante discordiae zizania Laurentius Presbyter intrusus est schismaticus, qua de causa ortis non tantum inter Clerum, sed etiam inter senatores ingentibus discordiis, plurima mala in ecclesiam inuenta sunt, & utraque pars mox Ravennam ad Theodoricum Regem convenit, qui ita sententiam suam in hac controversia effatus est, ut qui primo electus esset, & à majori parte, ille sederet. Quibus conditionibus cum Symmachus superior esset, ille Pontificatum quidem retinuit, Radix autem multorum malorum extirpata nondum fuit, sed ultra progeneravit.

Longinus frater Zenonis Imperatoris homo spurcissimus & rapacissimus, apud Antiochiam Isauriae captus, & catenis vinctus, Anastasio missus Constantinopolim, posteaquam populo ibidem ingens spectacu-



æaculum dedisset, apud Nicæam variis tormentis excruciatum, pœnas exolvit turpitudinum suarum, quibus sacra & profana fœdavit.

✱(499.)✱ Romæ cogitur Concilium à Symmacho Pontifice, nequaquam autem à Theodorico Rege, indictum, ad sanciendos canones pro ambientium procacia imposterum retundenda. Præter alia multa decretum speciatim est, ut excommunicati ipso facto & exauctorati posthac essent Clerici cujuscunque Ordinis, qui inperstite Pontifice, eoque inconsulto de alterius post illius obitum electione quomodocunq; Paciscerentur, aut deliberarent, vel ipsi Pontificatum ambirent, & si Papæ mors tam subito accederet, ut de electione sui Successoris non posset decernere, tunc qui ab universo Clero aut majori parte electus esset, consecraretur; sic tamen, ut privatis passionibus suffragium nullatenus adhibeatur.

*Per successoris electionem non est intelligendum, quod Pontifex Romanus sibi ipsi subroget successorem (nunquam enim post Petrum id reperitur tentatum fuisse) sed in Reverentiam sedis Apostolicæ & Vicarii Christi decedentis Pontificis, rogaretur sententia, de successore, quæ tamen à Romano Clero collatis suffragiis num rata habenda esset, deliberaretur. Subscripsere huic*  
con-



concilio Episcopi 72. & Presbyteri 67. quos inter primus fuit Laurentius, ipse ille qui in schismate Antipapa insurrexerat, & in hoc eodem concilio Episcopus Nucerinus creatus est, non aquit, ate sed temporum miseriâ ita postulante.

Cum Anastasius Imperator uti priorum Pontificum, ita etiam Symmachi admonitionibus absterritus Orthodoxos ad coniunctionem cum hæreticis violentè adigeret, scelerum vindex Deus, obstinaciam hæreticam ulturus intimis finibus Borealibus barbarum populum Bulgaros fuscitavit, qui violentis agminibus sese in Thraciam effuderunt, & Romanum exercitum deleverunt. Unde qui ferro victus fuerat Anastasius, ingenti vi auri persolutâ ad tempus quidem grassationes hostiles retinuit; victores tamen auro suo non omnino exarmavit, ut hostes esse desinerent.

Videbatur quidem Schisma Laurentianum nonnihil sedatum, Festo tamen & Probino agentibus magno conatu, recruduit. Laurentium enim occultè in urbem revocârunt, unde tam Clerus quam Senatus divisus est, & plurimæ cædes atq; expilationes factæ. Quin & illud Senatorum suggestionem contra Canones factum est, ut Rex Theodoricus visitatorem mitteret Apostolicæ Sedis Petrum Altinæ civitatis Episcopum, qui de criminibus Symmacho im-



impositis cognosceret, de qua visitatione Ennodius in libello Symmachi defensorio graviter in eos invehitur, qui id petere ausi fuerunt & hæc subdit: Pontificem Deus suo sine questione reservavit arbitrio, voluitq; Beati Petri successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere consentiam, ipsi verò quicquid ubique fidelium est submisit.

✱(500.)✱ Ob visitationis hujus iniquitatem, utpote quæ fieret contra Religionem (uti acta Synodi loquuntur) contra statuta, & regulas majorum, summopere exhorrescentes Orthodoxi (præsertim cum viderent missum visitatorem contra expressa mandata Regis, Schismaticorum parti tenerius adhærere) Theodoricum hæreticum Regem implorârunt, ut finiret res ecclesiæ Romanæ absque ignominia nota, more majorum in synodo tractari, qui ut suâ auctoritate tumultus haud dubiè in synodo movendos coërceret, Romam advenit, & Regiâ munificentia à Senatu populoque Romano exceptus est. Cui plausui & publicæ exultationi S. Fulgentius ex Sicilia ad Limina Apostolorum salutanda peregrinatus opportunè interfuit, & magnificentia advenientis Regis, atq; urbis gratulantis & exultantis summo opere excitatus est ad cæli divitias contemplandas.

Sin-



Singulari Divini Numinis Providentiæ  
 adscribunt Fasti Romanæ Orthodoxæ Ec-  
 clesiæ, quòd hoc tempore quo se con-  
 sumptam putare potuisset Ecclesia, nullo  
 in orbe terrarum Catholico Rege existen-  
 te, in medio nebulæ & caliginis Deus qua-  
 si stellam matutinam exoriri fecerit Clo-  
 doveum Francorum Regem, eumque hoc  
 anno cœlitus illuminatum ad fidei agni-  
 tionem pertingere voluerit. Erat hic an-  
 norum Clodovei Francorum Regis deci-  
 mus quintus, quo cùm acerrimo contra  
 Alemannos prælio intricatus & coarctatus  
 vidisset suos ad internecionem prope ul-  
 timam deleri ac pessundari, invocatis fru-  
 stra Diis suis, compuncto corde & eleva-  
 tis in cœlum oculis, vovit Jesu Christo,  
 quem Clotildis prædicaret, filium Dei vi-  
 vi, ipsius se fidem suscepturum, dimisso Deo-  
 rum cultu, si victoriam contra hostes in-  
 dulgeret. Itaque eodem momento terga  
 vertentibus Alemannis, gloriosissimâ po-  
 titus victoriâ, quâ Regem ipsum intere-  
 mit. Posthæc eadem agente Clotilde a S.  
 Remigio Rhemensi de voto exsolvendo  
 monitus, promptè vocanti Deo obtem-  
 peravit; & ne solus, sed ut Regem dece-  
 bat, pompâ Deo gratiore solennitatem  
 adornaret, voluit unâ secum & populum  
 tanti gaudii, & beneficii cœlestis confor-

tem




tem esse, nec difficile id erat obtinere. Deo quippe qui cor Regis versabat, populi quoque corda moderante, vox una fuit populi pariter acclamantis: Mortales Deos abjicimus, & Deum quem Remigius prædicat immortalem sequi parati sumus, quæ magnificè ac simul piè omniibus præparatis Rex prior ad baptismum progressus his verbis a Remigio exceptus est *mitis depone colla sic amber, adora quod incendisti & incende quod adorasti*. Post quæ baptizatus Clodoveus & sacro Chrismate delibutus, atque uno cum ipso soror ejus ALBOFLEDIS & magna pars exercitus, ineffabili totius Christianæ Ecclesiæ gaudio & animarum emolumento.

Cum ante baptismum Remigius coram aulicis Regem sacris mysteriis aliquamdiu instrueret, subita lux cœlitus illapsa totam domum replevit, tanquam lux solis radiantis, & pariter audita vox est: *Pax vobis, ego sum nolite timere, manete in dilectione mea*. Tantæque claritatis gloria S. Episcopum perfudit, cum exquisitissimi odoris suavitate, ut evidenter adverteretur illuc auctorem, lucis, & suavitatis spiritum S. sua dona diffundere.

Contigit & illud, ut ampulla Chriftmatis ore columbæ desuper venientis adferretur, quæ tum fons more solito, tum etiam ipse



ipse Rex sacratuſ eſt. Cuiuſ exemplo ſucceſſores Francorum Reges ejuſdem coeleſtis ampullæ perenni, nec unquam deficiente ſacro oleo haſtenuſ inungi conſueverunt.



**S**ub hoc jubare Eccleſiæ Romanæ Orthodoxæ in apricam pacis ſerenitatem ex hæreſum nebulis eluctantiſ ſiſtere, & primæ huic parti Jubilæi ſæculariſ finem imponere tempuſ & ordo diſiſionis poſtulant. Huc uſque enim per quinque ſcilicet prima Sæcula fatentur Novatores Eccleſiam veram à Chriſto & Apoſtoliſ acceptam doctriſnam retinuiſſe, & ſponſant permanſiſſe Spirituſ ſancti, ſine defectu, ſine rugâ, ſine macula. Quàm verò modernæ eccleſiæ facieſ conformiſ ſit primæ, ſcire volenti ad oculoſ demonſtrat idem adhuc Primatuſ Romanæ Eccleſiæ, eadem poteſtaſ definiendi, & iudicandi: hæreſum ex eadem infalliſbili Cathedra Petri damnatio: eadē fidei invariata confeſſio: idem Doctoruſ in Eccleſia conſenſuſ, & eadem intemerata doctriſna: Verbo eadem facieſ primitivæ & modernæ Eccleſiæ, facieſ ſoliſ, & non facieſ lunæ, non enim in luna ſed in ſole poſuit DEUſ tabernaculuſ ſuū.

**F I N I S.**

IN.



# INDEX.

## Rerum memorabilium.

Numerus significat  
annum.

### A

<b>A</b> Bgari Regis Epistola ad Christum	38
Abstinentes haretici.	287
Acacius Ep. Const. adulator Zenonis.	482.
	476. 485.
Acemitæ Monachi quales.	459
Acephalorum sive Diacrenomenorū haresis.	482
Acuani haretici.	276
Adulterorum poena.	339
Ætius Dux innocenter occisus	454
Ælurus hæreticus insolefcit contra Catho- licos.	476
Æmilius & Æmilianus hostes Ecclesia.	256
Agape apud Christianos in usu.	38
Agapitarum haresis.	400
Agnoita haretici.	400
Alaricus Rex Gothorum 403. 409 ejus mors & Sepulchrum.	411
Alexandri ararii haresis.	57
Alexander Mammaus bene affectus Christianis 224 vincit Persas.	235
Alogi haretici.	196
Ambrosius Administrator Insubriæ 367. Eligi-	348



# INDEX.

eur Episcopus 374 resistit Theodosio contra Judeos.	381
Anastasius Imp.	491
Anatolius Orientali Ecclesia arrogat prima- tum pra Occidentali.	451 453
Andronicus violator immunitatis Ecclesi- astica.	411
Angelici heretici.	260
Animarum origo disputata.	415
Antidico-Marianita heretici	382
Antinous puer deliciae Hadriani.	133
Antiocheni tumultuantur contra statuum Augustæ	387
Antonius Eremita cupidus martyrij moritur	310. 359
Apellitarum heresis.	146
Aphraates Monachus arguit Valentem Imp.	368
Apello Judæus factus Christianus.	54
Apollodorus Architectus ab Hadriano morte punitur ob verbum incautum	131
S. Apollonia martyr	251
Apollinaristæ heretici, dicti etiam Dimoriti	350
Apollinaris & Vitalis heretici.	373
Apollonius Philosophus hostis Christianorum.	91. & 98.
Apollonius Senator Romæ martyr.	189
Apostolici sive Apotactici heretici	260
Aqui.	



# INDEX.

<i>Aquila aurea Hierosolymis causa magni</i>	125
<i>multus.</i>	2
<i>Aqua baptismi sanctificata miraculis.</i>	31
<i>Aquila Ponticus.</i>	237
<i>Aquariariorum hæresis.</i>	251
<i>Arbogastes affectat tyrannidem</i>	394
<i>Arcadii excommunicatio.</i>	407. 408
<i>Arii ortus &amp; hæresis.</i>	315
<i>Arianorum calumnia &amp; fraudes contra Athanasium.</i>	331. 339. 348.
<i>Arianorum secta diversæ</i>	360
<i>Archelaus Herodis Successor</i>	1
<i>Areopagus &amp; Areopagitæ</i>	25
<i>Argentarii Ephesi tumultuantur contra Paulum Apost.</i>	57
<i>Argentei 30. quibus Christus venditus quanti valuerint.</i>	34
<i>Arsacius prædicit Nicomedia ruinam</i>	358
<i>Arsenius honoratur à Theodosio &amp; Arcadio</i>	383. ejus minerval
<i>Arsenius Ischyra instrumentum fraudis contra Athanasium</i>	335
<i>Auspicina Romæ permissa à Constantino</i>	322
<i>Aspar ductu Angeli liberat Ardaturium captivum Patrem 425. occiditur.</i>	470
<i>Athanasius inter ludendum pueros baptizans</i>	311. creatur Episcopus
<i>Athenais dicta postmodum Eudokia, fit uxor Theodosii.</i>	326
<i>Atlas mors loco motus</i>	249



# INDEX.

<b>Attalus</b> victus ab Honorio 410. capitur	411
<b>Attilæ</b> potentia & ferocia 451. 452. mors	454
<b>Avaritia</b> religiosorum scandalosa.	370
<b>Auda</b> Epis. accendit templum Ignis, unde irâ accensi Persæ Christianos persequuntur	420
<b>Audiani</b> sive Odiani vel Antropomorphitæ, item Vadiniani dicti, hæretici	341
<b>Augustinus</b> inter Manichæos 377. 384. Pres- byter 391. moritur	430
<b>Avitorum</b> hæresis	474
<b>Aurelianus</b> Imp. severus	273. 278

## B

<b>B</b> aptismus arenarius miraculosus	181
<b>B</b> aptismus Theodosii memorabilis	401
<b>Baptisterium</b> miraculosum	417
<b>Basilica</b> S. Petri Roma à Constantino adificata	323
<b>Basilidis</b> hæresis	120
<b>Basiliscus</b> contra Zenonem insurgit	476
<b>S. Basilus</b> sanat Valentis Imp. filium	370
<b>S. Benedictus</b> Monachorum parens	494
<b>Benedictio</b> frugum terra	283
<b>Bibliotheca</b> Constantinopolitana.	476
<b>Biathanati</b> nomen Christianis ab ethnicis impositum.	138
<b>Brandea</b> Sacra	55. 460.
<b>Britius</b> Episcopus Innocentiam suam monstrat miraculis	333

Bude-



# INDEX.

Buddas hæreticus 276

## C

Calani & Cainita hæretici 143

Cajus affectat divinos honores 41

Cajus Papa mart. 296

Caipha mors, 38

Calumnia contra Christianos, 313

Capellani unde dicti 461

Carpocratis hæresis, 120

Caracalla Imp. in medicos crudelis 213

magiæ deditus. 218. moritur 219

Castitatis duorum Amantium admirabile ex-

emplum, 475

Castitatis tuendæ Martyres. 309

Cathari hæretici 254

Catarista hæretici 276

Catena S. Petri miraculosa, 439

Cathedra Petri 45

Catholica fides contra Arianum miraculo

probata 471

Cerdo hæreticus, 146

Cerinthi hæresis 51. & 95

Christi ascendentis vestigia, 34

Christi statua ab hamoroissa posita à Juli-

ano dejecta, 362

Christiani Antiochiæ primò dicti. 43

Christiani omnium malorum causa crediti ab

Ethnicis, 86

Christi-



# INDEX.

Christiani asini adoratores appellati,	201
Chrysaphius deceptor Theodosij & osor Catho- licorum,	459
Chrysostomus Episc. Constantinop. 399 Incur- rit odium Eudoxia, 403. exulat 407. Cor- pus ejus post mortem miraculosè devehitur Constantinop.	438
Circumcelliones haretici,	321
Clandius Imp. persecutor Christianorum	269
Clemens Papa elicit precibus fontem 100. ejus Sepulchrum	102
Clericus contumax S. Gennadio Episc. divinitus punitur	459
Clodovaeus Rex Francie 485. 409. baptiza- tur.	500
Clotildis uxor Clodovæum Regem maritum ad Christum adducit	494
Cnaphaeus fullo horeticus	471
Cælicorum haresis.	408
Commodus Imp. ignavus 189 affectat divinos honores	192
Concilium Nicanum general 325. Sardicense generale.	347
Collectæ Christianorum.	04
Columbæ in funere virginis Georgiæ.	475
Constantinus Constant: Chlori filius 306 vin- cit Maxentium 312 vetat persequi Christia- nos 313. sancit Leges laudabiles 315. baptiza- tur.	314. Com.



# INDEX.

201	Confessio publica Scandalosa	390
tho.	Constantia favet Ario.	327
459	Constantius Imp. persequitur Catholicos	337.
cur.	vincit Magnentium.	343
Cor.	Constans Imp.	350
itur	Constantinopolis edificatur, & miracula qua	
418	in ea condenda evenerunt 324. 330. pro-	
321	digis terretur.	396
269	Constantinopolitana Ecclesia affectat prima-	
eius	tum super Romanam Ecclesiam. 494. 495	
102	Coquus nascutus à S. Basilio corrigitur	370
itus	Corona laurea à milite Christiano repudiata	
459	causa persecutionis.	201
iza.	Coronati 40 Martyres.	316
500	Crispus Constant. filius fraude novercæ inno-	
tum	cens occisus.	324
494	Cruce miraculosa visa in Golgotha monte.	353
471	Cruces à Christianis fabricari solita.	60
408	Cyprianus convertitur 250. Martyr.	261
inot	Cyrola Arianus Epis. dolosè subornat miraculum	
192	sed miraculo vero confutatur.	484
ense	Cyrus insignis poeta ad summos honores erectus	
347	iterumq; dejectus convertitur ad Christum.	
04		441

## D

Amasus papa	367
Daridis familia inter Judæos quaritur ad	
necem.	73
Decius persecutor Christianorum.	112
Di-	



# INDEX.

<b>Didymus</b> Alexandrinus à nativitate cecus & vir litteratus.	371
<b>Dies</b> rogationum.	475
<b>Diodorus</b> hareticus	426
<b>Diocletianus</b> persequitur Christianos 284. ab- dicat Imperio.	304
<b>Dionysius</b> Areopagita.	52
<b>Dioscorus</b> hareticus.	444. 449. 452
<b>Dominus</b> & <b>Domnus</b> in Ecclesia distinguuntur.	416
<b>Domitianus</b> vult filius virginis appellari 88. oc- ciditur.	89
<b>Donatus</b> & <b>Donatista</b> haretici.	306. 314.
<b>Dormientes</b> septem fratres.	253
<b>Draco</b> ingens à S. Donato occisus.	394
<b>Draconis</b> intestinum.	476
<b>Duliani</b> haretici.	E 315
<b>E</b> Bion hareticus	57. & 74
<b>E</b> Ecclesia Orientalis ambitus.	381
<b>Ecclesia</b> redditus non in profanos usus expen- dendi.	446
<b>Ecclesiastica</b> immunitas à Deo defensa.	466. 411
<b>Eleemosyna</b> centupla retributio miraculosa fa- cta Evagrio Philosopho Christiano	411
<b>Elxai</b> haresis	103
<b>Encratitarum</b> haresis.	174
<b>S. Epiphanius</b> & <b>S. Chrysostomi</b> dissidium & mutuum yaticinium.	402
	Episcopi



# INDEX.

Episcopi quare unius uxoris viri esse iussi ab Apostolo.	58
Episcoporum obedientia erga sedem Apostolicam exemplo Hilarii.	467
Episcoporum denominatio ab antecessoribus adhuc viventibus olim fieri consueta	426.
Esseni monachi.	64
Evangelium S. Matthæi inventum.	485
Ss. Eucharistia veritas miraculis ostensa.	400.
	424
Eudoxia persequitur Chrysostomum.	403. 404
S. Eugenia virgo sub habitu monachi occulta.	
	204
Eudoxii seu Eudoxiorum sive Eunomianorum hæresis.	356
Eulalii Pseudopapa Schisma.	418
Euphemii Const. Episc. Schisma.	495
Eunuchorum Secta.	230
Euricus Rex Gothorum grassatur.	464. 475
Eusebia Augusta crudelitas.	356
Eusebius Casariensis Signifer Arianorum.	
	340
Eustachii Martyrium.	120
Eustachii sive Eutacti hæresis.	318
Euthymius pœnam talionis expertus.	367
Eutyches hæreticus 447. causam suam promovet per Chrysaphium & Eudoxiam.	449
Eutychianorum furor Antiochia.	479
Excommunicatio Arcadii Imp. & Eudoxia.	
	407



# INDEX.

## F

<b>F</b> Ames horrenda.	434
<b>F</b> Faustianiana puella ab Aurelio instituta.	177
<b>F</b> elix Antipapa contra Liberium & postea legitimus papa 355. Martyrium.	357
<b>F</b> elix Tiburnensis Episc. Martyr.	301
<b>F</b> lavianus Episc. custos reddituum Ecclesiasticorum accuratus.	446
<b>F</b> lavita Arianæ fraus ad Episcopatum obtinendum	438
<b>F</b> lorinus hæreticus.	180
<b>F</b> ons miraculosus in carcere Mamertino.	68
<b>F</b> ranci circumferunt victorias.	282

## G

<b>G</b> Ainas Arianus Dux Gothorum	400
<b>G</b> allienus ignavus Imperator persecutor Ecclesie.	262, 287
<b>G</b> alerii impietas.	311
<b>G</b> allus & Volusianus inimici Ecclesie.	255
<b>G</b> ennadii Episc. Martyrium.	471
<b>G</b> enuflexio Christianorum coram Sacerdotibus ab Ethnicis calumniosè traducta.	208
<b>G</b> ensericus Wandalorum Rex Arianus vastator Ecclesiarum.	428. 437
<b>G</b> nostici & secta eorum.	120
<b>G</b> ermani Episc. munuscula Placidie Augusta missa.	435
<b>G</b> ordianus contra Maximinum.	238
<b>G</b> rali.	



# INDEX.

- Gratianus Imp. 376. 243  
 Gregorius Thaumaturgus à calumnia meretricis publicè triumphat 233. inimicis inquirentibus videtur arbor esse neque agnoscitur 253. moritur 265  
 Gregorii Nazianzeni mors & testamentū. 389  
 Gregorius Arianus dirè exagitat Ecclesiam Alexandrinam. 342

## H

- H** Adriano Imp. ab adulatoribus per fraudem vita longa promittitur. 139  
 Helena invenit Crucem Christi. 326  
 Heliogabalus unde dictus 220. idolum ejus 221. scelera 223. mors. 224  
 Helvidii hæresis. 382  
 Henoticon Zenonis Imp. 496  
 Hermogenes hæreticus 170. Hexapla & Tetrapla scriptura. 233  
 S. Hilarion precibus vim maris coerces. 365.  
 S. Hilarius luriū Episcopaliū contra Episcopos alios intemperans Zelator 445. sanè moritur. 467  
 Hieratica hæretici. 287  
 Hieronymus in eremo 371. Damasum Pontificem juvat 382. mors. 420  
 Hierosolyma pradicatur multipliciter interitus 65. 68. obsidetur 72. nova adificatur. 326  
 Hippo-



# INDEX.

<i>Hippolitus eruditus scriptor &amp; Martyr.</i>	229
<i>Honorius Imperator</i>	398.
<i>Judaos usurarios coarctet.</i>	399
<i>Hosanna quid significet.</i>	34
<i>Hunnericus Rex Wandalorum vastator Ecclesiarum.</i>	480. 483. 484
<i>Hymenai horesis.</i>	57

## I

<i>S. Iacobus Nisibi Epif. liberat urbem à Persis.</i>	338
<i>Imago Christi Crucifixi à Judaeo confossa.</i>	446. 408
<i>Immunitatis Ecclesiastica violatores.</i>	296
<i>Incendium Constantinopol, incendio damone.</i>	365
<i>Indictionum initium.</i>	312
<i>S. Joannis Baptista caput.</i>	391
<i>S. Joannis Evangelista mors.</i>	101
<i>Jovinianus Imp. Christianus.</i>	363. 364
<i>Isidis Dea Impia sacra.</i>	198
<i>Judicii extremi dies falso prae dictus.</i>	418
<i>Judaorum sectae variae extinctae.</i>	74
<i>Judæi contra Romanos rebelles castigantur 117. iterum rebelles 130. ab Hadriano exagitantur 136. denuo rebelles 199. templum Hierosolymitanum reparare volentes diuinitus prohibentur 363. eorum intolerabiles usurae 399. Christi Crucifixi imaginem nequiter</i>	



# INDEX.

- quiter tractant. 408. Excitato incendio  
Constantinop. multos Christianos occidunt  
415. Puerum Christianum Crucifigunt 415  
Judæorum Pseudomoyſes ſeducitor 432  
Judæi virtute reliquiarum S. Stephani con-  
verſi 416  
Judaus arena baptizatus à Christiano ſanatur  
184  
Judaus mirabiliter converſus. 471  
Julianus Apoſtata falſo pretextu ſcholas viſi-  
tat 354. fit Imperii conjors 355 in Chriſti-  
anos ſervitia 355. bello Constantium aggredi-  
tur 361. 362. in bello divinitus percuffus oc-  
cumbit. 363  
Juſtina Auguſta promovet hæreſin Arianorum.  
380

## L

- S. **L** Laurentius Levita & Martyr. 261  
**L** Laurentianum Schiſma. 498  
Legati Pontificii impie Constant. tractati. 348  
Legio Fulminatrix militum Chriſtianorum ſub  
Marco Aurelio. 176  
S. Leo Papa Attilam terret. 452. 460  
Leo Imperator. 374  
Liberius Papa ab exilio revocatur precibus Ro-  
manarum matronarum 356. ejus lapſus &  
correſtio 357. 359. Mors. 367.  
Licinius



# INDEX.

<i>Licinius Persecutor Christianorum</i>	315. videtur
<i>à Constantio</i>	313
<i>Linguis extractis elingues martyres loquuntur.</i>	484
<i>Longinus frater Zenonis impiissimus.</i>	498
<i>Lucianus Presbyter supra pectus suum loco are</i> <i>sacrificat.</i>	311
<i>Luciferianorum heresis.</i>	363
<i>Lucilla femina dives &amp; factiosa causa schisma</i> <i>ris inter Episcopos.</i>	306
<i>S. Lupus Episc. cohibet Attilam.</i>	451

## M

<b>M</b> <i>Acarii seu Mattarii.</i>	276
<i>Macedonianorum seu Marathoniorum</i> <i>vel Pneumatomachorum heresis</i>	360. inficio
<i>unt Romam.</i>	467
<i>Magnentius tyrannus victus.</i>	350. 351
<i>Manes &amp; Manichæi heretici.</i>	276
<i>Marcellus Papa Martyr.</i>	309
<i>Marcellus Monachus strenuè propugnat Ec-</i> <i>clesiam assistentibus angelis.</i>	469
<i>Marcellini Pontificis lapsus.</i>	302
<i>Marcianus Imp. Maritima Pulcheria.</i>	450.
	455. 456. 467.
<i>Marcus Aurelius Imperator.</i>	182
<i>Maris Episcopus resistit Juliano.</i>	362
<i>Marnai fani miraculosa destructio</i>	401.
<i>S. Martinus à Maximo tyranno honoratus.</i>	386
	Martyr.



# INDEX.

Martyrès Anaunienſes miraculoſè detecti.	400
Martyres 80. ab Arianiſ in medio mari exuſti.	370
Martyrum cauſa examinanda ab Eccleſiâ pri.	302
uſquam tales declarentur.	109
Martyrum Romæ immenſus numerus.	191
Maternus miles ſtruit inſidias Commodo Im-	304
peratoris.	372
Mauritius cum militibus Thebaïs.	309
Mauſia Regina Saracendorum Chriſtiana.	237
Maxentius tyrannus.	280
Maximinus perſequitur Chriſtianos.	379
Maximianus tyrannus.	383. 386.
Maximinus Philoſophus & inſignis adulator	415
apud Gratianum.	372
Maximus Flavius, Clemens affectat Imperium	307
& occupat Romam.	196
383. 386. lapidibus ob-	306. 332
utus.	668
Melania ab Athanaſio pelle ovinâ donata.	451
Mena Martyrium.	360
Melchiſedechiani hæretici.	152
Meletius Episc. Schiſmatis auctor.	246
Menander hæreticus.	361
Meroſus Francus contra Attilam.	
Mellaliani variarum ſectarû & nominum.	
Miſſa in natali Chriſti tres diei cœperunt.	
Mithreus à Gordiano occiſus.	
Monachorum ſeu pseudo-Monachorum quo-	
rundam deliria.	



# I N D E X.

Monachorum triplex classis.	328
Montani impietas & hæresis.	173
Montenses hæretici.	306

## N

N Atolius apostata castigatus ab angelis resipiscit.	207
Nero Romam accendit.	66
Nestorius hæreticus 428. 429. moritur.	436
Nestorianorum insolentia in Synodo Ephesina.	438
Nicolaus Mirensis Episc.	318. 326
Nicolaitarum hæresis.	68
Nocturni tres Breviarii unde ?	51
Noëtiani hæretici	260
Novati & Novatiani hæreses.	254

## O

O Doacer hæreticus Rex honorat Catholicos.	476. 492
Ophitarum hæresis.	143
Ordinare indignos Sacerdotes quàm Deo displicet.	460.
Oratio versus Orientem Christianis prohibita à Leone.	443
Orestes rebellis & turbator.	476
Origenis error ex malo intellectu S. Scriptura ejusq. doctrina mirabilis 217. Sacerdos ordinatus 230. æstimatio ejus 247. lapsus 253. mors.	256



# I N D E X.

*Origenistarum hæresis* 254. *Eorundem frau-*  
*des,* 400

*Osi lapsus lugubris,* 357

## P

**P**acificatorum secta. 496

*Pallii Episcopalis usus* 336

*Papias hæreticus,* 118

*Papinianus juris consultus præstans.* 214

*Paphnutius & Potamon Constantinopolim*  
*proficiscuntur acturi pro Ecclesia coram*  
*Theodosio.* 335

*Paraboles contra Iudæos insurgunt.* 415

*Patropassianorum hæresis.* 196

*Patruciani hæretici.* 203

*S. Paulus cur scenofactoriam exercuerit.* 52

*Paulus samosatensis.* 265. 272

*Paulus eremita.* 343. 253

*Pauli Episc. Nolani misericordia.* 431

*Pelag a pro tuenda castitate morituro.* 309

*Pelagia conversa.* 431

*Pelagius hæreticus.* 408

*Ss. Petrus & Paulus Martyrio afficiuntur.* 68

*S. Petri baculus.* 75

*Pestis ingens.* 454

*Petrus Cnaphaus hæreticus.* 47

*Pestis ex templo Apollinis orta.* 170

*Philippus Imp. Christianus.* 289

*Phila-*



# INDEX.

Philamen paciscitur pro Martyrio.	310
Philosophi Româ proscripti.	75, 85
Pictor malè pingens diuinitus punitur.	461
Pilatus Judais infestus.	20, 38
Plautianus in Christianos ferox panas luit.	206
Plinii consilia contra Christianos.	104
Plotinus honorat Origenem.	247
Polycarpus Martyr.	168
Pontianus Papa & martyr.	237
Pontifex Romanus nulli visitationi subjacet	
499. Eligi & non denominari debet ab antecessore.	489
Porphyrus acerrimus hostis Christianorum.	264
S. Porphyrius Episc. Gazensis.	402
Potamena Virgo & Martyr insignis insultat tyranno.	310
Priscilliani & Priscillianistarum hæresis	384
capite plectitur.	385
Procopius caditur.	366
Prodicus hæreticus.	120
Profundum maris in quo Paulus jacuit.	58
Publius monachus precibus sistit dæmonem	
Veredarium Iuliani Apostata.	362
Puleheria virgo & conjunx Mariani	415. 438.
Theodosium multum aberrantem ad viam rectam reducit	450, pie moritur.
	453

R



# INDEX.

## R

<b>R</b> Adagaisus scythæ vastat Italiam.	405
Rhetorianorum hæresis.	400.
Ricimer Rex Gothorum Arianus.	472.
Roma ab Alarico capta.	419.
Ruffinus Arcadii Imp. perfidus tutor.	325

## S

<b>S</b> Abellianorum hæresis.	260
Sacerdotium honorandum.	386
Sacerdotes exempti à titulis.	257
Salutatio Angelica ab Ecclesia audita.	431
Samosatenorum hæresis.	265
Samuelis propheta ossa.	406
Saturnini hæresis.	120
Scæva Sacerdos & filii ejus, qua virtute pollebant damnes ejiciendi.	16
Scotopitarum hæresis.	321
Scriptura sacra testamenti veteris inventa.	219
Scythianus hæreticus.	276
Sebasteni Martyres.	316
Seleucianorum hæresis.	400
Serapis Idolum.	389
Serena Imperatrix occultè fovet Christianos	291. 293
Sethiani hæretici.	143
Severus Imp. ferox & Suspica.	200. 209
Sibyllarum carmina ab Antonino Imp. legi prohibita.	148



# INDEX.

<i>Sidonius Episc. à calo contra aduersarios de-</i> <i>fenditur.</i>	458
<i>Siloe fons qualis fuerit.</i>	33
<i>Simonis magi heresis.</i>	35
<i>Simeon Seylita 432. moritur relicto post se pie-</i> <i>tatis herede.</i>	460
<i>Sixtus Pontifex à calumnia stupri vindica-</i> <i>tur.</i>	334
<i>Sophronia custos pudicitia pro ea seruanda mor-</i> <i>tem appetit.</i>	309
<i>S. Stephani proto-Martyris inuentio miracu-</i> <i>losa.</i>	415
<i>Stilico Ruffinum interficit 395. idem interfi-</i> <i>citur.</i>	408
<i>Studita monachorum fundator.</i>	459
<i>Susanna Martyr &amp; virgo.</i>	298
<i>Symbolum Apostolorum conditum.</i>	44
<i>Symmachus vertit Scripturam sacram.</i>	260
<i>Symmachianorū &amp; Patrucianorum heresis.</i>	204
<i>Symmachus Praefectus Urbis petit à Valente</i> <i>restitui cultum Deorum fortiter se opponen-</i> <i>te Ambrosio.</i>	384
<i>Synesius Episc. opponit se Andronico Ariano</i> <i>411. largienti eleemosynam centuplum pro-</i> <i>mittit retribuendum, &amp; promissi veritas</i> <i>miraculo probatur.</i>	411
<i>Syrianus Dux exagitat Catholicos.</i>	356

*Tacia.*



# INDEX.

## T

<b>T</b> Aaciani hæresis.	174
Tacitus Imp. favet Christianis.	279
Talionis pæna.	367
Terebinthus hæreticus.	276
Tertullianus deficit.	201
Tertullianista hæretici.	215
Telemachus monachus ludos gladiatorum tur- bat & occiditur.	404
Theodocion Ponticus scripturas vertit.	183
Theodocianorum hæresis.	396
S. Theodorus Mart. Constantinopolitanis opi- cularur contra Iulianum.	382
Theodorus Mopsuestenus hæreticus.	426
Theodosius Senior.	373
Theodoricus Rex Gothorum cadit Attilam fraus.	451. 482
Theodosius junior 379. 380. vincit tyrannos pi- etate & armis.	425
Theodosius turbulentus pseudomonachus & schismaticus.	452
Theodaschita ita hæretici.	471
Theophilus cui S. Lucas Evangelium inscri- psit & acta.	58
Theophila virgo ab Angelo defensa.	30
Theophilus Alexandrinus non prius mori po- test quàm exhibitâ reverentiâ imagini S. Chy-	



# INDEX.

<i>Chrysostomi quem persecutus fuerat.</i>	412
<i>Theophronii haresis.</i>	400
<i>Therma à Christianis martyribus edificata</i>	298
<i>Thessalonicenses Theodosium graviter commo- vent magno suo damno.</i>	389
<i>Thimotheus Ælurus Turbulentus Arianus.</i>	475
<i>Tituli Ecclesia quomodo inceperint.</i>	112
<i>Tiridates à S. Gregorio sanatus convertitur.</i>	313
<i>Trajanus Imp. in milites benignus.</i>	103
<i>Traditores sacrorum librorum.</i>	302, 308
<i>Thrasimundus Victor Attila</i>	452
<i>Trisagion per miraculum accipit Ecclesia &amp; in- troducitur ejus usum.</i>	446

## V

<i>Valens Arianus Episcopus fraude plenus</i>	351, 355
<i>Valens Imp. fr̃ Arianus 366. subscribere vo- lens decreto contra Catholicos divinitus im- peditur.</i>	370
<i>Valentinianus Imp 364. adhuc catechumenus interficitur.</i>	392
<i>Valentini &amp; Valentiniani hareses.</i>	143
<i>Valerianus &amp; Galerius persecutores Ecclesia 259. Valerianus captus à Sapore Persarum Rege.</i>	262
<i>Valesiorum secta.</i>	230
<i>Vasa</i>	



# I N D E X.

<i>Vasa sacra Ecclesie.</i>	233
<i>Velum sacrarum virginum.</i>	57
<i>Vespasiano Imperatori qualia miracula ad-</i> <i>scribantur.</i>	71
<i>Victorina Augusta.</i>	263
<i>Vigilantii hæreses.</i>	406. 419
<i>Vincentii Victoris hæresis.</i>	419
<i>Virginitas non obest multiplicando humano</i> <i>generi.</i>	320
<i>Vitalis hæreticus.</i>	373. 419
<i>Ulpianus osor Christianorum.</i>	225. 229
<i>Ursicinus anti-Papa contra Damasum.</i>	367

## X

<b>X</b> <i>Enaia Principis Iconoclastarum hæresis.</i>	471
---	-----

## Z

<b>Z</b> <i>Elotæ Hierosolymit tumultuantur.</i>	69
<i>Zeno Arianus Imp. 446 à Basilisco infe-</i> <i>statur 476. 474. vivus sepelitur.</i>	491
<i>Zenobia Oedenati conjunx famina præstantis-</i> <i>sima.</i>	263. 266. 274
<i>Zosimus Papa decipitur à Pelagianis.</i>	418,





## Errata.

pag. 4. lin. 20. tyrannide  
 p. 12. lin. 23. Hierolimis  
 p. 22. lin. 2. promontorium  
 p. 25. lin. 27. introductus  
 p. 30. lin. 15. annum  
 p. 42. lin. 3. remoratus  
 p. 52. lin. 12. satana  
 p. 57. lin. 20. per cum  
 p. 57. lin. 23. suas  
 p. 89. lin. 12. visa  
 p. 87. lin. 5. patoratores  
 p. 90. lin. ult. antistitum  
 p. 98. lin. 23. Impius  
 p. 123. lin. 17. perpetuam  
 p. 185. lin. 10. Afri - cam  
 p. 296. lin. 18. pilo  
 p. 317. lin. 11. pisce  
 p. 350. lin. 5. op - jus  
 p. 351. lin. 18. tiberari  
 p. 363. lin. 7. deluffos  
 p. 377. lin. 22. tam  
 p. 382. lin. 15. Eutychetis

## Corrige.

tyrannidem  
 Hierosolymis  
 Promontorium  
 Introductus  
 annum  
 remora, reus  
 Satana  
 per, omittatur  
 sues  
 ipsa  
 adoratores.  
 Antistitum  
 Impiis  
 perpetuum  
 Africam,  
 palo  
 pisces  
 opibus.  
 liberati  
 delusos.  
 tum  
 Eutychetis.

Ceteros errores typographicos benevolole-  
 ctori relinquimus corrigendos.











